11 Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Delmatia Pannoniaque exercitibus. fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur, septuma a Galba conscripta, veteranae undecuma ac tertia decuma et praecipui fama quartadecumani, rebellione Britanniae compressa. addiderat gloriam Nero eligendo ut potissimos, unde longa illis erga Neronem fides et erecta in Othonem studia. sed quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat. agmen legionum alae cohortesque praeveniebant; et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque praetoriae cohortes et equitum vexilla cum legione prima, ac deforme insuper auxilium, duo milia gladiatorum, sed per civilia arma etiam severis ducibus usurpatum. his copiis rector additus

18. *ultor*] „der Verfolger“.

11. 3. *bina milia*] Von jeder Legion zog ein 2000 Mann starkes vexillum (s. zu I, 31, 16) voraus. A. XV, 10 *expediri tamen itineri singula milia ex tribus legionibus ... iussit.* So belief sich die Stärke der von den 3 britannischen Legionen detachierten Abtheilungen nach H. II, 57 und III, 22 auf 8000 Mann im Ganzen.

4. *septuma a Galba conscripta*] *e plebe provinciae* (Hispaniae Tarraconensis) nach Suet. G. 10, daher H. I, 6 *legio Hispana*, II, 86. III, 7. 10 *Galbiana* genannt, später nach ihrer Vereinigung mit der von Vespasian aufgelösten I. Germanica mit dem Beinamen Gemina. Sie stand in Pannonien, wohin sie seit den letzten Monaten d. J. 68 von Rom verlegt war.

undecuma, mit dem Beinamen Claudiana, stand in Dalmatien.

tertia decuma, Gemina zubenannt, war in Pannonien garnisoniert.

5. *quarta decumani*] Diese damals in Dalmatien stehende Legion führte den Beinamen Gemina Martia Victrix. Sie hatte zur Zeit des Germanicus ihre Standquartiere in Obergermanien, war dann unter Claudius nach Britannien geschickt worden, wo sie unter dem Commando des Suetonius Paulinus i. J. 61 n. Chr. bei der Unterdrückung des grossen Aufstandes sich auszeichnete (H. V, 16 *domitores Britanniae*), und von Nero zur Theilnahme an dem projektierten Feldzuge gegen die kaukasischen Albaner ausersehen (H. I, 6. II, 11. 66). Auf dem Marsche nach dem Orient war sie zur Zeit von Neros Sturze bis Dalmatien gekommen, wo sie nunmehr vor der Hand verblieb, bis ein Detachement (vexillum) an dem Kampfe für Otho gegen Vitellius Theil nahm. Andere nehmen an, die Legion sei von Nero zur Bekämpfung des Vindex nach Italien entboten und von Galba nach seiner Thronbesteigung von dort nach Dalmatien weggeschickt worden.

rebellione Britanniae] A. XIV, 29 ff. Agr. 15 ff.

7. *erecta studia*] „lebhafte Zuneigung“.

quo plus . . . tarditas inerat] s. zu H. I, 14, 14.

8. *alae cohortesque* sind Hülfstruppen.

9. *et*] „dazu“.

10. *equitum vexilla*] scil. praetorianorum. Ueber *vexillum* in diesem Sinne s. zu I, 70, 13.

legio prima] s. zu I, 6, 9. An unserer Stelle wird die legio classica zuerst *prima* genannt, welche Nummer ihr demnach von Otho gegeben scheint, darauf nach den ersten Gefechten (II, 43) mit dem Beinamen *Adiutrix*.

Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus, quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus, veterani e praetorio, classicorum ingens numerus. nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus [est] et ante signa pedester, horridus incomptus famaeque dissimilis.

12 Blandiebatur coeptis fortuna, possessa per mare et naves maiore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium, quibus temptandis adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat. sed Pacensis per licentiam militum vinctus; Antonio Novello nulla auctoritas: Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus inmodestiam disciplinae corruptus, ita proeliorum avidus. non Italia adiri nec loca sedesque patriae videbantur: tamquam ex-

12. *severis ducibus*] wie D. Brutus vor Mutina.

13. *Annius Gallus*] s. zu I, 87, 13. *Vestricius Spurinna* zeichnete sich in diesem Kriege durch die muthvolle Vertheidigung der Feste Placentia am Po aus; unter Trajan machte er sich durch einen glücklichen Zug ins Land der Bructerer zwischen Ems und Lippe und durch die Wiedereinsetzung des vertriebenen Landesfürsten einen Namen (Plin. Epp. II, 7). Die von Caspar Barth unter seinem Namen herausgegebenen Oden sind zweifellos unecht und wohl ein Machwerk des gelehrten Polyhistor.

14. *prima consiliorum*] Ueber die ersten kriegerischen Massnahmen s. I, 87.

frustra ceciderant] „fehl geschlagen waren".

transgresso iam Alpes Caecina] H. I, 70 a. E. I, 89.

16. *speculatorum*] s. zu H. I, 24, 8.

ceteris] also fünf. Der strengere Sprachgebrauch hätte *reliquis* verlangt, da hier vom Reste der Prätorianergarde die Rede ist.

17. *veterani e praetorio*] die ausgedienten Prätorianer, welche nach sechzehnjähriger Dienstzeit in der Cohorte zu einem besondern Corps vereinigt, den Namen *vexillarii* (c. 18, 3) führten.

classicorum] Seesoldaten, die in Manipeln und Cohorten eingetheilt, aber noch zu keiner Legion formiert waren; s. zu H. I, 87, 5.

18. *segne aut corruptum luxu*] „ein saumseliger oder durch üppiges Leben geschändeter Marsch".

ferrea] Gegensatz zu *lintea*.

19. *pedester* s. v. a. *pedes incedens* (Liv. XXVIII, 9) ist mit dem Part. *usus* coordiniert; *horridus*, den Gegensatz zu *nitidus*, *politus* bildend („war er von rauhem, wüstem Aussehen"), ist Prädikat. Vgl. I, 48, 17.

12. 1. *blandiebatur*] „hold lächelte zu".

mare et naves] „die Seemacht", die Flotten von Misenum und Ravenna.

4. *duces dederat*] s. H. I, 87.

6. *ambitioso imperio*] wie I, 83. Clemens haschte bei Handhabung des Regiments nach Popularität. Daher war er gegenüber den Anforderungen, welche der Dienst an den Geist der Unterordung und Mannszucht stellt, ohne allen sittlichen Halt. Ueber *inmodestia* in militärischer Beziehung s. zu I, 52, 10.

8. *tamquam*] Ueber die Auslassung der Adversativpartikel s. zu I, 83, 13.

terna litora et urbes hostium urere, vastare, rapere, eo atrocius quod nihil usquam provisum adversum metus. pleni agri, apertae domus; occursantes domini iuxta coniuges et liberos securitate pacis et belli malo circumveniebantur. maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. is concita gente (nec deest iuventus) arcere provinciae finibus Othonianos intendit: sed primo impetu caesi disiectique montani, ut quibus temere collectis, non castra, non ducem noscitantibus, neque in victoria decus esset neque in fuga flagitium.

13 Irritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium. quippe in acie nihil praedae, inopes agrestes et vilia arma; nec capi poterant, pernix genus et gnari locorum: sed calamitatibus insontium expleta avaritia. auxit invidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent eoque per cruciatus interrogarent ubi filium occuleret, uterum ostendens latere *ibi* respondit, nec ullis deinde terroribus aut morte constantiam vocis egregiae mutavit.

14 Imminere provinciae Narbonensi, in verba Vitellii adactae,

9. *vastare*] wie I, 61, 3.
rapere] wie öfters, statt des Comp. *diripere*.
10. *nihil usquam provisum*] „nirgends Vorkehrungen getroffen waren“.
11. *securitate pacis*] sie fielen als Opfer einer erträumten Sicherheit des Friedens (eigtl. der Sorgenlosigkeit des Friedens) und des Unheils des Krieges.
13. *procurator*] Die Provinz der Seealpen, von Augustus 14 v.Chr. eingerichtet, wurde als eine der kleineren Senatsprovinzen von einem procurator verwaltet.
14. *intendit*] mit dem Inf., wie c. 22. Agr. 18.
15. *caesi*] i. e. profligati, wie c. 24. 54. I, 87, etwa unserem „in die Pfanne gehauen“ zu vergleichen.
castra] „Felddienst“.

13. 1. *vertit iras*] „liess seinen Grimm aus“.
2. *Albintimilium*] eigentlich Albium Intemelium (*Ἄλβιον Ἰντεμέλιον* bei Strabo) genannt, j. Vintimiglia in Ligurien.
3. *capi*] um als Sklaven verkauft zu werden.
pernix genus] „ein behender Menschenschlag“.
4. *insontium*] Tac. hat hierbei die Ermordung der Mutter seines Schwiegervaters Agricola vor Augen gehabt. Agr. 7 *nam classis Othoniana licenter vaga, dum Intemelios* (*Liguriae pars est*) *hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat.*
auxit invidiam] „es erhöhte den gehässigen Eindruck“, den diese Aufführung des Schiffsvolkes auf die ligurische Bevölkerung machte.
6. *credidissent*] s. zu I, 10, 15.
eo] im Sinne von *ideo* nachklassisch.
9. *constantiam*] „standhafter Muth“.

14. 1. *in verba Vitellii adactae*] wie A. I, 34 *in verba eius* (Tiberii) *adegit*, H. III, 43. IV, 59. 61 (den Huldigungseid schwören lassen). Das entsprechende Immediativum ist in *verba alicuius iurare* (A. I, 7. H. I, 16. IV, 57). Name und Sache ist der Vereidigung der Soldaten durch den Feldherrn entlehnt, wobei sie das Gelöbniss des Ge-

classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere; aderant legati coloniarum auxilium orantes. duas Tungrorum cohortes, quattuor equitum turmas, universam Treverorum alam cum Iulio Classico praefecto misit, e quibus pars in colonia Foroiuliensi retenta, ne omnibus copiis in terrestre iter versis vacuo mari classis adceleraret. duodecim equitum turmae et lecti e cohortibus adversus hostem iere, quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, et quingenti Pannonii, nondum sub signis. nec mora proelio, *a* Suedio acie ita instructa, ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exsurgeret, quantum inter colles ac litus aequi loci, praetorianus miles expleret, in ipso mari ut adnexa clas-

horsams ablegen mussten (*sacramentum in nomen Tiberii* A. I, 8).

2. *aderant*] „es erschienen, fanden sich ein".

3. *coloniarum*] Dazu gehörten Aquae Sextiae (Aix), Narbo Martius (Narbonne), Forum Iulii (Fréjus), Arelate, Baeterrae (Beziers), Arausio (Orange), Valentia (Valence), Vienna (Vienne).

Tungrorum] im Bisthum Lüttich; daher der Name der Stadt Tongern; *fons Tungrorum* ist der Badeort Spaa.

4. *Treverorum alam*] Dies Reitercorps gehörte zu den von den Römern ausgehobenen und durch römische Instructoren ausgebildeten Truppen der Bundesgenossen, welche zum stehenden Heere gehörten. Vgl. Nipperdey zu A. III, 42.

5. *colonia Foroiuliensis*, j. Fréjus.

6. *in terrestre iter*] „landeinwärts".

vacuus] eigtl. „unbesetzt, herrenlos" (Cic. Off. I, 7, 21 *qui quondam in vacua venerunt;* Ov. Her. XX, 131 *Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter: Si nescis, dominum res habet ista suum*), daher von einem Orte gesagt, wo jedermann frei schalten und walten kann. Uebersetze „von Schutz entblösst". H. III, 47 *classi quoque faces intulit* (Anicetus) *vacuo mari eludens.*

8. *Ligurum cohors*] eine eigene Miliztruppe der Provinzialen, welche zur Handhabung der Landespolizei diente.

vetus loci] „mit dem Terrain vertraut". A. VI, 18 *scientiae caerimoniarumque vetus;* H. IV, 20 *veteres militiae;* c. 76 *veterem expertumque belli.*

9. *Pannonii nondum sub signis*] scil. ὄντες. Es sind Rekruten aus Pannonien, die noch vor der Schilderhebung des Vitellius ausgehoben, auf dem Marsche nach den in Germanien befindlichen Standquartieren der pannonischen Hülfsvölker waren (vgl. c. 17 *Pannoniorum cohors*) und vor der Einreihung unter die Fahnen unter einem *vexillum* standen, wie das *vexillum tironum* A. II, 78.

a Suedio] Vermuthung für das handschriftliche *sed*, wenn man nicht *Suedi* vorziehen sollte. Vgl. c. 12. I, 87.

10. *classicorum*] s. zu I, 87, 5.

paganis] Landvolk, welches die Othonianer nach der Niederwerfung der Provinz Alpes maritimae in ihre Reihen einzutreten gezwungen hatten, um die schwache Zahl der Landungstruppen zu verstärken.

11. *colles mari propinquos*] zwischen Vintimiglia und Fréjus.

exsurgeret] insofern die hinteren Glieder sich über die vorderen erhoben.

12. *praetorianus miles*] vgl. H. I, 87 *plerosque e praetorianis.* Da H. II, 11 es heisst, dass fünf Cohorten unter Spurinna an den Po vorausgesandt und die übrigen mit dem Hauptquartiere Otho nachgefolgt seien, so sind hier wohl *delecti e praetorianis*, d. h. ein aus mehreren einzelnen Centurien verschie-

sis et pugnae parata conversa et minaci fronte praetenderetur: Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treverorum turmae obtulere se hosti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis urgueret apta ad iaciendum etiam paganorum manus, qui sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. additus perculsis terror invecta in terga pugnantium classe: ita undique clausi, deletaeque omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.

15 Nec Vitelliani quamquam victi quievere: accitis auxiliis securum hostem ac successu rerum socordius agentem invadunt. caesi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud navis, donec sidente paulatim metu, occupato iuxta colle defensi, mox inrupere. atrox ibi caedes, et Tungrarum cohortium praefecti sustentata diu acie telis obruuntur. ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum inprovide secutos conversi equites circumvenerunt. ac velut

dener Cohorten combiniertes Detachement, gemeint.

adnexa] im Anschluss an die auf dem Küstensaume aufgestellten Prätorianer.

13. *conversa — fronte*] „in umgekehrter Frontstellung“, indem gewöhnlich die prorae navium nach der Meeresseite gekehrt sind.

praetenderetur] nämlich vor der Küste.

14. *Alpinos*] im Streben nach Abwechselung des Ausdrucks für *Ligurum cohors*. Die Seealpen laufen in Ligurien bis in die Nähe von Genua aus (Strab. IV, 6, 1).

15. *cohortes*] genauer *lectos e cohortibus Tungrorum et quingentos Pannonios.*

16. *contra*] „von vorn“.

18. *strenui ignavique*] „beherzte wie feige“ ist Apposition zu *qui sparsi.*

19. *idem audebant*] „gleichen Muth bewiesen“.

21. *obscurum noctis*] „das Dunkel der Nacht“, wie IV, 50 nach dem Vorgange Vergils Ge. I, 478. Ueber diese ziemlich weit ausgedehnte Analogie von *reliquum noctis* (Liv. II, 64) s. Nägelsbach Lat. Stil. § 23 a.

obtentui fugientibus steht epexegetisch (=*quod obtentui f. erat*) zum Satze mit *ni*. Dass die Sieger durch das nächtliche Dunkel aufgehalten wurden, diente zur Deckung des eiligen Rückzugs, indem die Schatten der Nacht sich wie eine Decke hinter den Fliehenden und vor den Verfolgern ausbreiteten. S. zu H. I, 49, 14. Zur Grundbedeutung von *obtentus* vgl. Verg. Aen. XI, 66 *exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.*

15. 1. *accitis*] e colonia Foroiuliensi.

3. *sidente*] tamquam fluctu; das Simplex für das Comp. *residente.*

6. *ne — quidem*] „auch nicht“, im Anfang des Satzes wie c. 44. 68. 76. III, 12. Ueber diese oft verkannte Bedeutung vgl. Halm zu Cic. divin. in Caec. § 60.

quorum] Gen. partit. beim Part. in fast ungebührlich erweiterter Analogie, wie Agr. 11 *Britannorum victis.*

7. *circumvenerunt*] „abfiengen, überwältigten“, wie c. 43. A. I, 65. 69. Das Bild ist von der Jagd entlehnt, wenn das Wild rings umgarnt ist und keinen Ausweg zur Flucht mehr hat. Fabri zu Sall. Cat. 16, 3.

pactis induciis, ne hinc classis inde eques subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium, Othoniani Albigaunum interioris Liguriae revertere.

Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama 16 victricis classis in partibus Othonis tenuit. sed Corsicam prope adflixit Decumi Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in summam profectura, ipsi exitiosa. namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio, etiam si provenisset. vocatis principibus insulae consilium aperit et contra dicere ausos, Claudium Pyrrhicum trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quintium Certum equitem Romanum, interfici iubet: quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperitorum turba in verba Vitellii iuravere. sed ubi dilectum agere Pacarius et inconditos homines fatigare militiae muneribus occepit, laborem insolitum perosi infirmitatem suam reputabant: insulam

8. *hinc*, von Seiten der Othonianer; *inde*, von Seiten der Vitellianer.

9. *Antipolis*] j. Antibes, eine Colonie von Massilia.

10. *Albigaunum* (*Ἀλβιγγαῦνον*), j. Albenga.

interioris Liguriae] „mehr nach Ligurien hinein". Nach griechischer Weise ist der Gen. des Bereiches unmittelbar mit dem Ortsnamen verbunden. Ebenso schon Caes. b. g. I, 10 *in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit.* S. Krüger Gr. Spr. § 47, 5 A. 5.

16. 1. *Corsicam prope adflixit*] „hätte fast grosses Unglück über Corsica gebracht"; c. 33 *is primus dies Othonianas partes adflixit.*

3. *procuratoris*] Die kaiserlichen Procuratoren hatten in den Senatsprovinzen, zu denen seit Nero die bis dahin kaiserliche Provinz Sardinia et Corsica gehörte, die Einnahme der in die kaiserliche Kammerkasse (fiscus) fliessenden Abgaben und Gefälle unabhängig vom Proconsul zu besorgen. S. zu I, 2, 16.

tanta mole belli] „bei den gewaltigen Dimensionen des Krieges", der Sache nach s. v. a. bei so gewaltigen Streitmassen. Vgl. ausser zu I, 61, 9 noch H. III, 1 *velut alterius belli molem cieret.*

nihil in summam profectura] nach Freinsheims leichter Verbesserung der überlieferten Lesart *profutura*, „die im grossen und ganzen nichts ausrichten konnte", eigentlich „darnach angethan war". Vgl. A. XIII, 38 *nihil in summam pacis proficiebatur;* Cic. ad Att. VII, 13 *ad summam profectum aliquid puto;* Liv. XXXI, 37 *in summam etiam belli profectum foret.*

5. *etiam si provenisset*] „selbst wenn sie (die Hülfe) zu Stande gekommen wäre"; H. III, 41 *non ignavum et, si provenisset, atrox consilium iniit;* IV, 18 *si destinata provenissent.*

7. *Liburnicarum*] Die Liburnen, nach dem Muster der illyrischen Piratenklipper gebaute Schnellsegler, waren erst seit der Schlacht bei Actium in die römische Marine eingeführt. Sie waren von langer und schmaler Bauart und liefen vorn und hinten spitz zu; der Mast stand in der Mitte des Schiffes und führte ein levantisches Segel statt des gewöhnlichen viereckigen lateinischen.

10. *in verba Vitellii iuravere*] s. zu c. 14, 1.

11. *inconditos homines*] „die ordnungslosen, undisciplinierten Bursche".

fatigare] „quälen".

12. *perosi*] „erbost".

infirmitatem] „Ohnmacht".

esse quam incolerent, et longe Germaniam viresque legionum; direptos vastatosque classe etiam quos cohortes alaeque protegerent. et aversi repente animi, nec tamen aperta vi: aptum tempus insidiis legere. digressis qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops balineis interficitur; trucidati et comites. capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere; neque eos aut Otho praemio adfecit aut puniit Vitellius, in multa conluvie rerum maioribus flagitiis permixtos.

17 Aperuerat iam Italiam bellum, quod transmiserat, ut supra memoravimus, ala Siliana, nullo apud quemquam Othonis favore nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne servitium fregerat faciles occupantibus et melioribus incuriosos. florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium, armis Vitellii (namque et praemissae a Caecina cohortes advenerant) tenebatur. capta Pannoniorum cohors apud Cremonam; intercepti centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque. quo successu Vitellianus miles non iam flumine aut ripis arcebatur; inritabat quin etiam Batavos transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi raptis quibusdam explorato-

15. *aptum*] Ueber die Auslassung der Adversativpartikel nach der Negation s. zu I, 83, 13.

16. *qui Pacarium frequentabant*] „das zahlreiche Gefolge des Pacarius".

17. *balineis*] „beim Baden" nach stark erweiterter Analogie von *comitiis, ludis, gladiatoribus*. Anders Nipperdey zu A. III, 61.

19. *maioribus flagitiis permixtos*] verloren sich unter den Schandthaten von grösserer Tragweite. A. XVI, 8 *mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere*.

17. 1. *aperuerat*] Vgl. III, 2 *iam reseratam* (erschlossen) *Italiam*; Cic. Phil. VII, 1 *ut reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet*.

transmiserat] „hinübergespielt hatte".

supra] H. I, 70.

4. *faciles occupantibus*] „bereit den ersten, die zugriffen, sich zu fügen". Ebenso steht facilis (eig. der dem Andern bei sich etwas leicht macht) in der Bedeutung „leicht zugänglich" A. II, 27 *iuvenem improvidum et facilem inanibus*.

melioribus incuriosos] ohne viel danach zu fragen, welches die bessere Partei sei. Der Dativ bei *incuriosus*, wie A. XIV, 38, statt des gewöhnlichen Gen. (s. zu I, 49, 10).

6. *praemissae a Caecina cohortes*] s. H. I, 70.

7. *Pannoniorum cohors*] scil. auxiliaris.

8. *classici*] s. zu c. 11, 17.

Placentia, j. Piacenza; *Ticinum*, j. Pavia.

10. *inritabat*] Der Strom lockte die Bataver, ihre Schwimmkünste zu zeigen. H. IV, 12 *suerat* (Med. *erant*) *et domi delectus eques praecipuo nandi studio arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere*; A. II, 8 *Batavi in ea parte, dum insultant aquis artemque nandi ostentant, turbati*; Agr. 18 *lectissimos auxiliarium* (Batavorum), *quibus nota vada et proprius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit*.

quin etiam, wie c. 64, nach Vergils Vorgang nachgestellt (Aen. VIII, 485).

11. *contra*] „Angesichts, vis à vis". Pl. lag nicht dicht am Ufer.

ribus ita ceteros terruere, ut adesse omnem Caecinae exercitum trepidi ac falsi nuntiarent.

Certum erat Spurinnae (is enim Placentiam optinebat) necdum 18
venisse Caecinam et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem nec tris praetorias cohortes et mille vexillarios cum paucis equitibus veterano exercitui obicere: sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque; quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. fit temeritatis alienae comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret.

Postquam *e* conspectu Padus et nox adpetebat, vallari castra 19
placuit. is labor urbano militi insolitus contundit animos. tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen ostendere, si cum exercitu Caecina patentibus campis tam paucas cohortes circumfudisset. iamque totis castris modesti sermones, et inserentibus se centurionibus tribunisque laudari providentia ducis, quod coloniam virium et opum validam robur ac sedem bello legisset. ipse postremo Spurinna, non tam culpam exprobrans quam rationem ostendens, relictis exploratoribus ceteros Placentiam reduxit minus turbidos et imperia accipientes. solidati muri, propugnacula addita, auctae turres, provisa parataque non arma modo sed obsequium et parendi amor, quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud paeniteret.

exploratores] etwa unsere Vorposten oder Patrouillen; vgl. c. 19. 24. III, 15.

18. 1. *certum erat*] „fest stand“.
3. *vexillarios*] h. e. electos e legionibus Pannonicis vel Delmaticis, qui sub vexillo erant; s. zu c. 11, 2 und I, 31, 16. So werden die Abtheilungen der XIII. und der XIV. Legion, welche bei Bedriacum mitkämpften, c. 66 *vexillarii* genannt.
5. *signis*, sc. cohortium; *vexillis*, sc. vexillariorum.
ruere] „rannten darauf los“.
retinenti] Part. des Impf. conatus.
6. *quin*, was sonst *quin etiam*. Die Soldaten schrieen, es wäre nicht bloss Feigheit, sondern sogar Verrath im Spiele.
9. *seditio*] „Auflehnung, Widerspänstigkeit“, wie c. 23.
mitescere] vgl. Liv. V, 17 *mitescere discordiae intestinae . . coeptae.*

19. 1. *e c.* statt des handschr. *in c.*
2. *contundit animos*] nach Vergils Vorgang (Aen. I, 263 *populosque ferocis contundet*). Ebenso Liv. XXVII, 12 *contunderent ferociam hostis*; in Verbindung mit *frangere* bei Cic. Phil. XIII, 13 *contudi et fregi adiuvantibus vobis exsultantis praedonis audaciam.*
3. *metus*] wie c. 12, 10 „Veranlassung zur Furcht, Schreckniss“.
5. *modesti*] s. zu I, 52, 10.
7. *robur ac sedem*] „zur festen Basis“.
9. *rationem*] „das planmässige Verfahren“, eig. „die (vernünftige) Berechnung“ (le calcul); vgl. c. 25 *consilia cum ratione*; c. 26 *apud paucos ea ducis ratio probata*; c. 80 *spes timor, ratio casus*: H. I, 83 *ratio rerum.* Nägelsbach Lat. Stil. § 63.
11. *propugnacula*] „Bollwerke“ statt des technischen Ausdrucks *pinnae* (Zinnen).
13. *cum virtutis haud paeniteret*]

20 At Caecina, velut relicta post Alpes saevitia ac licentia, modesto agmine per Italiam incessit. ornatum ipsius municipia et coloniae in superbiam trahebant, quod versicolori sagulo, bracas barbarum tegmen indutus, togatos adloqueretur. uxoremque eius Saloninam, quamquam in nullius iniuriam insignis equo ostroque veheretur, tamquam laesi gravabantur, insita mortalibus natura recentem aliorum felicitatem acribus oculis introspicere modumque fortunae a nullis magis exigere quam quos in aequo viderant. Caecina Padum transgressus, temptata Othonianorum fide per conloquium et promissa, isdem petitus, postquam pax et concordia speciosis et inritis nominibus iactata sunt, consilia curasque in oppugnationem Placentiae magno terrore vertit, gnarus, ut initia belli provenissent, famam in cetera fore.

„da man mit ihrer Tapferkeit zufrieden sein konnte"; Liv. VIII, 23 *minime paenitere se virium suarum, si bellum placeat.* Ueber diese Bedeutung von *non paenitere* s. Nägelsbach Lat. Stil. § 38, 1.

20. 1. *saevitia ac licentia*] bezieht sich auf die Behandlung, welche Caecina den Vocontiern (H. I, 66) und den Helvetiern (H. I, 67. 68) widerfahren liess.

modesto agmine] Er hielt auf dem Marsche gute Mannszucht.

3. *bracas*] poetisierender Gräcismus: Verg. Aen. IV, 137 *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo*; Ov. M. V, 51 *indutus chlamydem Tyriam.*

4. *barbarum*] Die Hosen (bracae, franz. braies) waren eine unrömische Tracht, den transalpinischen Galliern und Germanen eigen (Cic. ad fam. IX, 15, 2 *bracatae et transalpinae nationes*; Suet. Iul. 80 *Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumpserunt*) wie denn auch Gallia Narbonensis eine Zeit lang Gallia bracata geheissen hat.

uxoremque] unsichere Emendation des handschriftlichen *aū*, welches Bach und Baiter als Abkürzung von *autem* erkannt haben, wogegen nur die von Nipperdey zu A. XIII, 25 gemachte Beobachtung spricht, dass Tac. *autem* nie in der Erzählung, sondern nur in direkten oder indirekten Reden gebraucht.

5. *quamquam in nullius iniuriam*] Dass Salonina auf stattlichem, mit einer Purpurschabrake geschmücktem Rosse, ohne zwar jemanden dadurch zu beeinträchtigen einherritt, nahmen die Kleinstädter ihr übel, als wäre ihnen damit zu nahe getreten. *Gravari* transitiv wie A. III, 59. VI, 3, bei Cicero intransitiv oder mit dem Inf. *Insignis* statt *insigni* (c. 89. A. III, 45 *insigni equo*) ist wohl durch das ἓν διὰ δυοῖν *equo ostroque* veranlasst; vgl. G. 6 *nudi aut sagulo leves.*

7. *acribus oculis introspicere*] „mit scharfen Blicken zu mustern". Der Inf. ebenso I, 55, 4.

8. *in aequo*] „in gleicher Lebensstellung, als ihresgleichen".

viderant] Das Plpf. von einem in der Vergangenheit abgeschlossenen Zustande, wie I, 69, 8.

10. *isdem petitus*] „mit denselben Mitteln angegangen".

11. *speciosa et inrita nomina*] „schönklingende und doch machtlose Wörter".

iactare] mit etwas um sich werfen, viel Wesens von etwas machen. Cic. p. Sest. § 52 *neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, quare suum terrorem falso iactari opponique patiatur.*

13. *provenire*] „ausfallen". In veränderter Form kehrt derselbe Gedanke Agr. 18 wieder: *non*

21 Sed primus dies impetu magis quam veterani exercitus artibus transactus: aperti incautique muros subiere, cibo vinoque praegraves. in eo certamine pulcherrimum amphitheatri opus, situm extra muros, conflagravit, sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces et glandes et missilem ignem in obsessos iaculantur, sive ab obsessis, dum retro ea ipsa ingerunt. municipale vulgus, pronum ad suspiciones, fraude inlata ignis alimenta credidit a quibusdam ex vicinis coloniis invidia et aemulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret. quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in levi habitum, reddita securitate, tamquam nihil gravius pati potuissent, maerebant. ceterum multo suorum cruore pulsus Caecina, et nox parandis operibus absumpta. Vitelliani pluteos cratesque et vineas subfodiendis muris protegendisque obpugnatoribus, Othoniani sudes et immensas lapidum ac plumbi aerisque moles perfringendis obruendisque hostibus expediunt. utrimque pudor, utrimque gloria; et diversae exhortationes hinc

ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem (tenorem?) ceteris fore und A. XII, 31 *gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni.*

21. 2. *aperti* („ohne Deckung") i. e. non tecti pluteis aut cratibus vineisve. Das Bild scheint von der Fecht- und Gladiatorenschule entlehnt, woher auch der taktische Ausdruck *latus apertum* stammt.

3. *opus*] „Bauwerk", wie Suet. Tib. 31 *opus novi theatri*, sonst der Bau selbst, wie H. II, 41 *operi pontis intentum;* III, 10 *valli opus.*

4. *conflagravit*] Das Amphitheater war also, wie das zu Fidenae (A. IV, 62), aus Holzgerüsten gezimmert.

5. *glandes*] „Glühkugeln".

missilem ignem] Umschreibung des technischen Ausdrucks *falaricas*, welches unsern Brandraketen vergleichbare Wurfgeschoss von Liv. XXI, 8 und Veget. IV, 18 beschrieben wird.

6. *retro ea ipsa ingerunt*] unsichere Verbesserung des sinnlosen *reportans gerunt;* vgl. Curt. VI, 1, 15 *procul missilibus petebatur, ea ipsa in hostem retorquens.* Die Belagerten schossen die glühenden Kugeln und Feuerpfeile auf die Belagerer zurück.

7. *pronum*] „aufgelegt".

fraude] „böswilliger Weise".

10. *in levi habitum*] „leicht genommen".

12. *cruore*] wofür der strengere, ältere Sprachgebrauch *sanguine* verlangt hätte.

opera] „Belagerungsarbeiten", wie oft bei Livius.

absumpta] Die handschriftliche Lesart *assumpta* müsste zur Basis nothwendig die Voraussetzung haben, dass man schon den Tag über an den Belagerungswerken gearbeitet hätte, ohne damit fertig geworden zu sein, wogegen aber Sinn und Wortlaut der ganzen Stelle spricht. Vgl. meine Studia critica p. 95.

13. *pluteos*] „Frontschirme", eine Brüstung von Planken gegen die Wurfgeschosse der Belagerten; *crates* „Schanzkörbe, Faschinen". Die *vineae* „Schirmlauben" hatten ein schräges Dach von Brettern oder Flechtwerk, das auf Pfosten ruhte, und auf drei Seiten eben solche Wände, die auswendig mit ungegerbten Fellen behängt waren.

15. *expediunt*] „beschaffen" (A. VI, 47 *alimenta arcu expediens*) oder „in Bereitschaft setzen" (A. II, 79 *utrimque infensi arma primo expediere*).

16. *pudor*] sc. cedendi (Hirt. b. g. VIII, 28) = „Ehrgefühl".

legionum et Germanici exercitus robur, inde urbanae militiae et praetoriarum cohortium decus attollentium; illi ut segnem et desidem et circo ac theatris corruptum militem, hi peregrinum et externum increpabant. simul Othonem ac Vitellium celebrantes culpantesve uberioribus inter se probris quam laudibus stimulabantur.

22 Vixdum orto die plena propugnatoribus moenia, fulgentes armis virisque campi: densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus, altiora murorum sagittis aut saxis incessere, neglecta aut aevo fluxa comminus adgredi. ingerunt desuper Othoniani pila librato magis et certo ictu adversus temere subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci et more patrio nudis corporibus super umeros scuta quatientium. legionarius pluteis et cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas: contra praetoriani dispositos ad id ipsum molares ingenti pondere ac fragore provolvunt.

gloria] sc. vincendi = „Ruhmbegierde", wie A. I, 8. 43. 71. nach dem Vorgange Ciceros (Off. I, 14, 44. ad fam. VII, 13) und Caesars (b. c. III, 79). Nägelsbach Lat. Stil. § 49, 2.

et] „dazu" schliesst den Gedanken vervollständigend ab.

17. *legionum et Germanici exercitus robur*] rhetorische Häufung, wie I, 70 *robur adventantium legionum et famam Germanici exercitus.*

18. *attollentium*] s. zu H. I, 4, 5.
segnem et desidem] s. zu I, 88, 9.

21. *uberioribus inter se probris*] „mehr durch gegenseitige Beschimpfungen, wozu sich reichlicherer Stoff bot" etc. Vgl. II, 30 a. E.

22. 2. *legionum*] Der Plural ist nicht streng zu nehmen; war doch bei Cäcinas Armeecorps eigentlich nur eine Legion (XXI. Rapax) und von den beiden andern (IV. Macedonica, XXII. Primigenia) nur Detachements (vexilla). Derselbe Plural I, 70. II, 11. 25.

4. *aevo*] wofür sonst *vetustate*; *fluxa* „morsch".

5. *librato magis et certo ictu*] „mit schwungvollerem und sicher gezieltem Wurfe". Liv. XXX, 10 *gravior ac pondere ipso libratior superne ex onerariis ictus erat.*

cohortes Germanorum] scil. auxiliares.

6. *cantu truci*] G. 3 *carmina, quorum relatu, quem barditum vocant, accendunt animos futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur; terrent enim trepidantve, prout sonuit acies, nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur.* H. IV, 18 *ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies.*

nudus (γυμνός, „leicht bekleidet) h. e. nullo sagulo aut lorica tectus; G. 6 *nudi aut sagulo leves.*

8. *instruit aggerem*] *Agger* eigentlich Schuttwerk, Dammerde, daher *peti aggerem* A. II, 81 „Schutterde holen" (s. Nipp. das.); *struere aggerem* H. III, 20 „Dammerde schichtweise übereinander legen, aufschichten", ähnlich wie *struere materias* H. IV, 23. In der Militärsprache entwickelte sich hieraus für *agger* die Bedeutung „Belagerungsdamm", in welchem Sinne *agger* bald mit *exstruere* „emporschichten" (Caes. b. g. II, 30), bald mit *instruere* „schichtend anlegen, zurichten" (Hirt. b. g. VIII, 41) verbunden wird, ähnlich wie *muros instruere* Nep. Them. 6, *machinationem i.* Caes. b. g. II, 30, *opus i.* Auct. b. afr. 51. Ov. fast. IV, 690 sich findet.

molitur] „sucht zu sprengen" (eig. aus den Angeln zu heben); Liv. XXIII, 18 *moliri portas et claustra refringere parat.*

pars subeuntium obruti, pars confixi et exsangues aut laceri: cum augeret stragem trepidatio eoque acrius e moenibus vulnerarentur, rediere infracta partium fama. et Caecina pudore coeptae temere obpugnationis, ne inrisus ac vanus isdem castris adsideret, traiecto rursus Pado Cremonam petere intendit. tradidere sese abeunti Turullius Cerialis cum compluribus classicis et Iulius Breganticus cum paucis equitum, hic praefectus alae, in Batavis genitus, ille primipilaris et Caecinae haud alienus, quod ordines in Germania duxerat.

Spurinna comperto itinere hostium, defensam Placentiam quaeque acta et quid Caecina pararet, Annium Gallum per literas docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiae ducebat, diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium et vim Germanici exercitus parum tolerarent. ubi pulsum Caecinam pergere Cremonam accepit, aegre coercitam legionem et pugnandi ardore usque ad seditionem progressam Bedriaci sistit. inter Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus infaustusque. 23

Isdem diebus a Marcio Macro haud procul Cremona prospere pugnatum; namque promptus animi Marcius transvectos navibus gladiatores in adversam Padi ripam repente effudit. turbata ibi Vitellianorum auxilia, et ceteris Cremonam fugientibus caesi qui restiterant: sed repressus vincentium impetus, ne novis subsidiis

10. *exsangues*] „sich verblutend"; Cic. p. Sest. § 79 *exsanguem et confectum*.

11. *trepidatio*] „Verwirrung", wie c. 26, 3.

12. *infracta*] Der vorausgegangene Ruf von ihrer militärischen Ueberlegenheit hatte einen starken Stoss erlitten.

13. *adsidere*] *προσκαθέζεσθαι* (Thuc. I, 26. 61).

17. *ordines — duxerat*] „als Centurio gedient hatte", eigtl. „Centurien (Züge) geführt hatte"; Cic. Phil. I § 20. Caes. b. c. I, 13.

23. 2. *quaeque acta*] „vom Hergang".

3. *docere*] „unterrichten, in Kenntniss setzen".

legionem primam] s. zu c. 11, 10.

ducebat] Gallus zog bereits zum Entsatz von Placentia heran; daher das Impf.

4. *diffisus — ne*] „indem er den wenigen Cohorten nicht zutraute, dass sie — aushalten könnten". Die Construction folgt der Analogie von *vereri ne*.

7. *Bedriacum*] zwei starke Tagemärsche südwestlich von Verona (H. III, 15), in der Nähe des heutigen Caneto am Oglio, 20—22 röm. Meilen von Cremona entfernt.

8. *duabus*] die Niederlage der Othonianer (II, 41—44) und die der Vitellianer (III, 15—25).

notus infaustusque] „unseligen Andenkens". Während der Lateiner den ergänzenden Begriff (*infaustus*) mit dem zu erläuternden (*notus*) coordiniert, fasst ihn der Deutsche im Verhältniss der Unterordnung mit dem ersteren zusammen, wie Cic. Cat. M. § 22 *vita privata et quieta*, „ein ruhiges Privatleben".

11. *promptus animi*] „unternehmenden Geistes".

12. *gladiatores*] s. c. 11, 11. *adversam* h. e. sinistram.

firmati hostes fortunam proelii mutarent. suspectum id Othonianis fuit, omnia ducum facta prave aestimantibus. certatim, ut quisque animo ignavus, procax ore, Annium Gallum et Suetonium Paulinum et Marium Celsum (nam hos quoque Otho praefecerat) variis criminibus incessebant: acerrima seditionum ac discordiae incitamenta interfectores Galbae. scelere et metu vaecordes miscere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad Othonem literis; qui humillimo cuique credulus, bonos metuens trepidabat, rebus prosperis incertus et inter adversa melior. igitur Titianum fratrem accitum bello praeposuit.

24 Interea Paulini et Celsi ductu res egregie gestae. angebant Caecinam nequicquam omnia coepta et senescens exercitus sui fama. pulsus Placentia, caesis nuper auxiliis, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quam digna memoratu proelia, inferior, propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam avidius quam consultius properabat. ad duodecumum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocis-

15. *mutare*] „eine andere Wendung geben".

16. *aestimare*] „taxieren, in Anschlag bringen" (A. XIII, 17. XV, 2), dann in Verbindung mit einem Adverb „würdigen, beurtheilen"; Agr. 1 *adeo virtutes isdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur.*

17. *animo* ist der Concinnität halber zu *ignavus* hinzugesetzt im Gegensatz zu *ore.*

18. *nam hos quoque* lese ich statt *nam eos q.* Unter *hos* sind die beiden letztgenannten verstanden, mit Bezug auf c. 11, wo nur Annius Gallus als Oberbefehlshaber der Po-Armee genannt wird. Die Stelle H. I, 87 *peditum . . . rectores destinati* besagt nur, dass die genannten drei Oberoffiziere an der Spitze der gesammten Landarmee gestanden haben. Als nach Caecinas Alpenübergang der Po als Operationslinie angenommen wurde (H. II, 11), gieng zunächst Annius Gallus, dem Vestricius Spurinna als Unterbefehlshaber beigegeben war, zur Vertheidigung der Polinie an der Spitze eines Armeecorps ab. Die beiden anderen Heerführer befanden sich damals noch in der Umgebung Othos, der mit dem Reste der Truppenmacht nachrückte. Daher heisst es H. II, 11 *Annius Gallus . . ad occupandas Padi ripas praemissus.* Als nun die gesammte Armee in diese Polinie eingerückt war, gieng der Oberbefehl aus der einen Hand auf die drei Heerführer über.

20. *scelus* in der Grundbedeutung „Frevelmuth, Ruchlosigkeit". S. Halm zu Cic. p. Sest. § 2; Nägelsbach Lat. Stil. § 12, 1.

miscere cuncta] wie I, 53, 6.

21. *turbidus*] s. zu I, 55, 6.

22. *humilis*] im moralischen Sinne „gemein, niedrig denkend"; vgl. I, 52, 7.

23. *Titianum*] Nach Plut. Oth. 7 hätte er erst nach dem zunächstfolgenden Gefechte das Obercommando erhalten.

24. 2. *senescens fama*] „der welkende Lorbeer".

3. *nuper*] durch die Gladiatoren unter Marcius (c. 23).

5. *inferior*] „im Nachtheil geblieben".

Valente] mit dem Heere von Niedergermanien.

7. *duodecumum*] sc. lapidem; vgl. c. 39. III, 15.

Castorum] Der Name rührte von einem Heiligthum des Castor

simos auxiliarium inminentibus viae lucis occultos componit: equites procedere longius iussi et irritato proelio sponte refugi festinationem sequentium elicere, donec insidiae coorerentur. proditum id Othonianis ducibus, et curam peditum Paulinus, equitum Celsus sumpsere. tertiae decumae legionis vexillum, quattuor auxiliorum cohortes et quingenti equites in sinistro locantur; aggerem viae tres praetoriae cohortes altis ordinibus obtinuere; dextra fronte prima legio incessit cum duabus auxiliaribus cohortibus et quingentis equitibus: super hos ex praetorio auxiliisque mille equites, cumulus prosperis aut subsidium laborantibus, ducebantur.

25 Antequam miscerentur acies terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens repressit suos: Vitelliani temere exsurgentes, cedente sensim Celso, longius secuti ultro in insidias praecipitantur; nam a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerant equites. signum pugnae non statim a Sue-

und Pollux her, das sich dort befand oder einmal daselbst gestanden hatte. Ebenso heisst der Tempel der Zwillinge in der 9. Region Circus Flaminius bei Plinius *aedes Castorum.*

ferox] s. zu I, 68, 1.

8. *inminentibus viae*] „an die Strasse stossend“.

9. *iussi*] „wurden beordert, sollten“. Es kam aber anders.

irritato proelio] „nachdem sich ein Gefecht entsponnen“.

refugi] „retirierend, zurückjagend“.

11. *cura* steht etwas geziert von taktischer Leitung. Anders H. I, 87 *curam navium Moschus libertus retinebat.* Uebrigens wird Annius Gallus hier nicht genannt, weil er wenige Tage zuvor durch einen Sturz mit dem Pferde sich beschädigt hatte (c. 33).

12. *vexillum*] dem Vortrab der pannonischen Legionen angehörig, nach c. 11 2000 Mann stark.

13. *equites*] sc. auxiliares.

aggerem viae] sc. Postumiae (III, 21), welche von Cremona über Bedriacum nach Mantua und Verona führte. *Agger viae* (c. 42 Verg. Aen. V, 273) hiess der erhöhte mittlere Theil der Heerstrasse, der für den Verkehr zu Wagen bestimmt und mit glatten Steinen gepflastert war, welche auf einer oder mehreren Schichten von Grand, Bruchsteinen und festgestampfter Erde ruhten. Neben diesem Strassenkörper oder Strassendamm, der eigentlichen Chaussée, liefen zu beiden Seiten Fusssteige (limites).

14. *altis ordinibus*] „in tiefer Aufstellung, in Colonnen“, im Gegensatz zur Linienaufstellung.

dextra fronte] wie Claud. in Rufin. II, 174 *frons laeva*, für *dextro cornu.*

16. *ex praetorio*] damit sind die *equitum vexilla* c. 11, 10 gemeint.

17. *cumulus prosperis*] „um einen günstigen Erfolg zu krönen“; *subsidium laborantibus* „als Rückhalt in der Bedrängniss“.

25. 2. *prudens*] in seiner Grundbedeutung soviel als *providens, praescius* „in Voraussicht“.

2. *suos*] die von beiden Flanken vorgezogene Reiterei der ersten Aufstellung.

exsurgentes sc. ex insidiis; vgl. c. 24 *ferocissimos auxiliarium inminentibus viae lucis occultos componit.*

3. *ultro*] Nicht nur war es den Vitellianern nicht gelungen den Feind in den Hinterhalt zu locken, sondern sie stürzten sich noch obendrein selbst in die ihnen gelegte Falle.

4. *a lateribus — equites*] Mit diesen Worten wird das von Pauli-

6 tonio Paulino pediti datum: cunctator natura et cui cauta potius consilia cum ratione quam prospera ex casu placerent, compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis cito incipi

nus geschickt ausgeführte Manöver dargestellt, durch welches die Vitellianer, die aus ihrem Hinterhalte blindlings hervorgebrochen, dem allmählich mit seinen Reitern retirierenden Celsus hitzig nachsetzten und dabei auf dem Fahrwege der Heerstrasse zu weit vorgegangen waren, vollständig eingeschlossen wurden. Das Manöver bestand in einer staffelförmigen Aufstellung. Während nämlich Celsus zu Anfang der Affaire mit der Reiterei der beiden Flügel vorgerückt war, hatte Paulinus das anfangs in Linie aufgestellte Fussvolk (c. 24 a. E.) en échelon zurückgenommen. Am weitesten müssen die drei Prätorianercohorten im Centrum auf dem Damm- und Fahrwege zurückgezogen worden sein, so dass sie gewissermassen in's Hintertreffen zu stehen kamen; nicht ganz so weit rückwärts, so dass sie dem Feinde gegenüber in Fronte blieben, nahmen die rechts und links der Strasse aufgestellten Legionen, d. h. die I. Legion und das Detachement (*vexillum*) der XIII., Stellung; die 6 Hülfscohorten auf dem rechten und dem linken Flügel endlich wurden so weit vorgeschoben, dass sie schliesslich dem in der Hitze der Verfolgung zu weit vorgehenden Feinde in der Flanke standen (*a lateribus cohortes*). In diesem Gefechtsmomente rückten die Legionstruppen, nachdem die Reiter unter Celsus ihre rückgängige Bewegung vollendet hatten und zwischen der I. Legion und dem vexillum der XIII. hindurch in's Hintertreffen gerückt waren, nach dem Centrum hin näher an einander und bildeten so auf der Chaussée und dem anstossenden Felde die dem Feinde zugekehrte Fronte der ganzen Aufstellung, während die zurückgenommenen Prätorianercohorten in zweiter Linie auf dem Fahrwege nunmehr als Reserve blieben. Denn zu gleicher Zeit hatte das ursprünglich zum Rückhalt bestimmte 1000 Mann starke Reitercorps von Prätorianern und Auxiliaren (c. 24 a. E.) durch eine rasche Abschwenkung nach den beiden Flanken hin (*subito discursu*) die Vitellianer im Nu im Rücken gefasst und die Einschliessung vollendet (*terga cinxerant equites*). Aus dieser Darstellung wird zugleich ersichtlich, weshalb die Prätorianercohorten bei dieser Schlussaufstellung in der eigentlichen Gefechtslinie keinen Platz gefunden haben. Denn in demselben Augenblicke, wo Celsus mit seinen Reitern von den hitzig nachsetzenden Vitellianern verfolgt, zwischen der I. und der XIII. Legion auf dem Fahrwege durchpassiert war, musste auch schon die Schlinge zugezogen werden. Die prätorischen Cohorten also, welche durch die hinter das Treffen einrückenden Reiter von den Legionen getrennt waren, konnten keine augenblickliche Verwendung in der Frontaufstellung und Gefechtslinie finden und die Legionen mussten die dadurch im eigentlichen Centrum der Stellung entstandene Lücke durch direkten Anschluss an einander ausfüllen. Damit fällt zugleich der vom französischen Uebersetzer Burnouf gemachte Vorschlag, *a lateribus cohortes legionum, praetoriani adversa fronte* zu lesen, über den Haufen. Ueber die Rechtfertigung des von allen Seiten angefeindeten Pluralis *legionum* s. zu I, 70, 20; über die Bedeutung des Plpf. s. zu c. 5, 12 *aboleverat.*

6. *et cui — placerent*] s. zu I, 10, 9.

7. *consilia cum ratione*] „wohlberechnete, durchdachte Massregeln".

8. *fossas*] die zur Bewässerung des Bodens, wie heutzutage noch,

victoriam ratus, ubi provisum foret ne vincerentur. ea cunctatione spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas refugiendi; et modica silva adhaerebat, unde rursus ausi promptissimos praetorianorum equitum interfecere. vulneratur rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens.

Tum Othonianus pedes erupit: protrita hostium acie versi in 26
fugam etiam qui subveniebant; nam Caecina non simul cohortes sed singulas acciverat, quae res in proelio trepidationem auxit, cum dispersos nec usquam validos pavor fugientium abriperet. orta et in castris seditio, quod non universi ducerentur: vinctus praefectus castrorum Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret, cum fratrem eius, Iulium Frontonem tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. ceterum ea ubique formido fuit apud fugientes occursantes, in acie pro vallo, ut deleri cum universo exercitu Caecinam potuisse, ni Suetonius Paulinus receptui cecinisset, utrisque in partibus percrebruerit. timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens e castris fessos adgrederetur et perculsis nullum retro subsidium foret. apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverso rumore fuit.

Haud perinde id damnum Vitellianos in metum compulit quam 27
ad modestiam composuit; nec solum apud Caecinam, qui culpam in militem conferebat seditioni magis quam proelio paratum: Fabii quoque Valentis copiae (iam enim Ticinum venerat) posito hostium

in der lombardischen Ebene angelegten Gräben und Rinnsale.

aperire] „aufräumen", durch Beseitigung der von einem Weinstock oder von einem Ulm- oder Pappelbaum zum andern sich quer hinüberschlingenden Weinranken (vgl. *vineas nexu traducum impeditas*), welche keine freie Bewegung zur Handhabung der pila zuliessen. Noch jetzt werden in jener Gegend zwischen Ulmen und Pappeln die Weinstöcke gepflanzt, deren Reben ihre Ranken von einem Baum zum andern hinüberschlingen.

11. *ausi*] „nachdem sie Muth gefasst hatten".

12. *praetorianorum equitum*] qui subito discursu terga cinxerant.

rex] „Prinz", wie V, 9 *rex Parthorum Pacorus*.

Epiphanes] Sohn des A. XII, 55 erwähnten Königs Antiochus von Commagene. Er hatte sich zur Zeit des Ausbruches des Bürgerkriegs in Rom als Geisel oder in Aufträgen seines Vaters aufgehalten und begleitete Otho ins Feld.

13. *pugnam ciere*] den Kampf persönlich eröffnen und dadurch zum Kampfe anfeuern, wie Liv. I, 12. II, 19. 47. III, 18. X, 28.

26. 4. *validos*] „mit Macht auftretend".

6. *tamquam*] s. zu I, 8, 9.

fratri] „zu Gunsten seines Bruders, seinem Bruder zu Liebe".

7. *agere*] „betreiben, anzetteln".

9. *pro vallo*] wie I, 36, 14; s. zu I, 29, 8.

12. *ferebat*] s. zu c. 1, 5.

14. *ratio*] s. zu c. 19, 9.

15. *in vulgus*] wie A. I, 28. 76. II, 59 u. ö. So schon bei Cic. ad Att. II, 22, 3 *quod . . in vulgus gratum esse sentimus*.

27. 2. *modestiam*] s. zu I, 52, 10.

composuit] „bekehrte".

4. *quoque* ohne *sed*, wie *etiam* A. III, 19. IV, 35.

contemptu et reciperandi decoris cupidine reverentius et aequalius duci parebant. gravis alioquin seditio exarserat, quam altiore initio (neque enim rerum a Caecina gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. cohortes Batavorum, quas bello Neronis a quarta decuma legione digressas, cum Britanniam peterent, audito Vitellii motu in civitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbe agebant, ut cuiusque legionis tentoria accessissent, coercitos a se quartadecumanos, ablatam Neroni Italiam atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. contumeliosum id militibus, acerbum duci; corrupta iurgiis aut rixis disciplina; ad postremum Valens e petulantia etiam perfidiam suspectabat.

28 Igitur nuntio adlato pulsam Treverorum alam Tungrosque a classe Othonis et Narbonensem Galliam circumiri, simul cura socios tuendi et militari astu cohortes turbidas ac, si una forent, praevalidas dispergendi, partem Batavorum ire in subsidium iubet. quod ubi auditum vulgatumque, maerere socii, fremere legiones. orbari se fortissimorum virorum auxilio; veteres illos et tot bellorum victores, postquam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. si provincia urbe et salute imperii potior sit, omnes illuc sequerentur: sin victoriae sanitas, sustentaculum, columen in Italia verteretur, non abrumpendos ut corpori validissimos artus.

29 Haec ferociter iactando, postquam inmissis lictoribus Valens coercere seditionem coeptabat, ipsum invadunt, saxa iaciunt, fugientem secuntur. spolia Galliarum et Viennensium aurum, [et] pretia laborum suorum, occultari clamitantes, direptis sarcinis tabernacula ducis ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur;

6. *alioquin*] „ohnehin", wie III, 32.

8. *repetere*] „nachholen", wie IV, 48. Tacitus nimmt den I, 66 extr. abgebrochenen Faden der Erzählung wieder auf.

bello Neronis] zur Bekämpfung des gallischen Aufstandes unter Vindex aufgeboten, oder — was wahrscheinlicher ist — zur Theilnahme an dem projektierten Feldzuge gegen die kaukasischen Albaner aus Britannien berufen (H. I, 6). Vgl. noch zu c. 11, 5.

10. *rettulimus*] H. I, 59. 64.

11. *ut cuiusque*] s. zu I, 29, 4.

13. *id*] „dies Betragen".

14. *acerbum*] „kränkend, empfindlich".

corrupta] „untergraben wurde, es litt unter".

15. *e petulantia — suspectabat*] „witterte hinter dem frechen Gebahren".

28. 1. *pulsam*] vgl. c. 14 fg.

6. *tot bellorum victores*] wie A. I, 19 *civilium bellorum victores*; Liv. VI, 4 *victor trium bellorum*.

9. *sanitas*] „gesunde Beschaffenheit, Vollkraft". *sustentaculum*, als *ἅπαξ εἰρημένον* in dem Sinne von Stützpunkt, von dem gesagt, was Halt gibt und Haltbarkeit sichert. *columen* (eigtl. das worin sich etwas gipfelt) „die Krone", A. IV, 84 *Memphim, veteris Aegypti columen;* VI, 43 *columen partium Abdagaeses.*

29. 3. *spolia Galliarum et Viennensium aurum*] vgl. I, 63. 64. 66.

4. *pretia l. s.*] ohne *et* nach Classens Vorschlag. Die Soldaten reclamieren die ihnen von Val., wie sie sagen, vorenthaltene Beute als den Lohn ihrer Strapazen.

5. *lanceis*] sc. auxiliarium. Mar-

nam Valens servili veste apud decurionem equitum tegebatur. tum Alfenus Varus praefectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti et id ipsum, quod nemo regeret, paventes, silentio, patientia, postremo precibus ac lacrimis veniam quaerebant. ut vero deformis et flens et praeter spem incolumis Valens processit, gaudium miseratio favor: versi in laetitiam, ut est vulgus utroque inmodicum, laudantes gratantesque circumdatum aquilis signisque in tribunal ferunt. ille utili moderatione non supplicium cuiusquam poposcit, ac ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit, gnarus civilibus bellis plus militibus quam ducibus licere.

Munientibus castra apud Ticinum de adversa Caecinae pugna adlatum, et prope renovata seditio, tamquam fraude et cunctationibus Valentis proelio defuissent: nolle requiem, non expectare ducem, anteire signa, urguere signiferos; rapido agmine Caecinae iunguntur. inprospera Valentis fama apud exercitum Caecinae erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur, simul in suam excusationem et adventantium robur per adulationem attollentes, ne ut victi et ignavi despectarentur. et quamquam plus virium, prope duplicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, studia tamen militum in Caecinam inclina- 30

quardt R. Alt. III, 2 S. 371. Anm. 2102.

rimari] „durchstöbern"; Verg. Aen. XI, 748 *partis rimatur apertas, qua volnus letale ferat.*

8. *consilium*] „eine Massregel der Klugheit", wie Liv. I, 45, 1 *ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperium conatus est.*

obire] „begehen, die Runde machen".

vigiliae] die Nachtposten, wie I, 48. A. XV, 30.

omittere sonum] „das Blasen einstellen".

9. *torpere*] „standen starr da, waren wie betäubt".

13. *favor*] hier in seiner ersten (scenischen) Bedeutung „Zeichen von Beifall".

ut est vulgus utroque inmodicum] „wie eben der gemeine Mann nach beiden Seiten hin (in Schmerz und in Freude) kein Mass kennt. Einem ähnlichen Gedanken sind wir I, 69, 7 begegnet. Zu dem Adv. *utroque* vgl. Liv. I, 24 *auctores utroque trahunt.*

15. *aquilis*] legionis V. Alaudae et I. Italicae (H. I, 61. 64).

30. 1. *apud Ticinum*] s. c. 27. *adversa Caecinae pugna*] s. c. 24 ff.

2. *tamquam*] s. zu I, 8, 9. *fraude et cunctationibus*] „durch das verrätherische Zaudern".

6. *tanto pauciores*] Cäcinas Heertheil belief sich auf 30,000 Mann, während die Truppen des Valens weit über 40,000 Mann stark waren, da in Lugdunum die legio I. Italica sich angeschlossen hatte (H. I, 61. 64).

integris] „vollständig, noch ungeschwächt", wie c. 32. 76.

7. *in suam excusationem*] coordiniert mit dem Particip *attollentes*.

bant, super benignitatem animi, qua promptior habebatur, etiam vigore aetatis, proceritate corporis et quodam inani favore. hinc aemulatio ducibus: Caecina ut foedum ac maculosum, ille ut tumidum ac vanum inridebant. sed condito odio eandem utilitatem fovere, crebris epistulis sine respectu veniae probra Othoni obiectantes, cum duces partium Othonis quamvis uberrima conviciorum in Vitellium materia abstinerent.

31 Sane ante utriusque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere, minus Vitellii ignavae voluptates quam Othonis flagrantissimae libidines timebantur; addiderat huic terrorem atque odium caedes Galbae, contra illi initium belli nemo inputabat. Vitellius ventre et gula sibi inhonestus, Otho luxu saevitia audacia rei publicae exitiosior ducebatur.

Coniunctis Caecinae ac Valentis copiis nulla ultra penes Vitellianos mora quin totis viribus certarent: Otho consultavit, trahi bellum an fortunam experiri placeret.

32 Tunc Suetonius Paulinus dignum fama sua ratus, qua nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur, de toto genere

11. *promptior*] „williger, gefälliger".

12. *quodam inani favore*] „aus einer Art von unverdienter (grundloser) Vorliebe". Sie wussten sich von den Gründen keine Rechenschaft zu geben. Ueber den Charakter Cäcinas vgl. H. I, 53.

13. *foedum ac maculosum*] Derselbe Ausdruck kehrt hier aus I, 7, 6 wieder, desgleichen A. XIII, 33. Vergleicht man damit, was Tac. von dem Lebenswandel des Valens H, I, 66. III, 41. sagt, so ergibt sich, dass die Redewendung von schnöder Genusssucht und Habgier zu verstehn ist.

tumidum] „dünkelvoll", wie c. 80.

14. *inridebant*] Wenn zwei Subjekte zwar das gleiche Verbum haben, dieses aber von jedem besonders und mit verschiedenen Umständen ausgesagt wird, richtet sich bei früheren Autoren das Prädikat gewöhnlich nach dem nächsten Subjekte, bei Tac. aber steht das Verb. regelmässig im Plural; s. Halm Praef. ad Tac. I, p. LIV (ed. 2) zu A. XVI, 20.

eandem utilitatem fovere] „sie förderten (pflegten) das gleiche Interesse".

31. 2. *meruere*] s. zu c. 37, 7.

ignavae voluptates] „unthätiges Genussleben".

3. *addiderat huic*] „dazu hatte diesem eingebracht".

5. *sibi inhonestus*] i. e. homo qui sibi infamiam contraxerat, rei publicae minus importunus.

32. 1. *Suetonius Paulinus*] Unter Claudius hatte er als legatus praetorius 41 n. Chr. im Kampfe mit den Mauren sich durch die Uebersteigung des Atlas einen Namen gemacht. Später unter Nero hatte er als legatus consularis 61 n. Chr. den Aufstand in Britannien niedergeworfen.

dignum fama sua] Vergleicht man Stellen, wie A. II, 13 *fruiturque fama sui;* XV, 4 *ut famam sui praeiret;* c. 49 *contra famam sui;* H. III, 3 *hanc sui famam*, so möchte man sich versucht fühlen, auch a. u. St. *fama sui* zu schreiben. Vgl. Nipperdey zu A. XII, 37 über diese nach Analogie von *memoria sui* gebildete Construction.

2. *de toto genere b. c.*] „über die Kriegführung im allgemeinen seine Meinung abzugeben".

belli censere, festinationem hostibus, moram ipsis utilem disseruit: exercitum Vitellii universum advenisse, nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant et deserere Rheni ripam inrupturis tam infestis nationibus non conducat; Britannicum militem hoste et mari distineri; Hispanias armis non ita redundare; provinciam Narbonensem incursu classis et adverso proelio contremuisse; clausam Alpibus et nullo maris subsidio transpadanam Italiam atque ipso transitu exercitus vastam; non frumentum usquam exercitui, nec exercitum sine copiis retineri posse: iam Germanos, quod genus militum apud hostis atrocissimum sit, tracto in aestatem bello, fluxis corporibus, mutationem soli caelique haud toleraturos. multa bella impetu valida per taedia et moras evanuisse. contra ipsis omnia opulenta et fida, Pannoniam Moesiam Delmatiam Orientem cum integris exercitibus, Italiam et caput rerum urbem, senatumque et populum, numquam obscura nomina, etiam si aliquando obumbrentur; publicas privatasque opes et inmensam pecuniam, inter civiles discordias ferro validiorem; corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus; obiacere flumen Padum, tutas viris murisque urbes, e quibus nullam hosti cessuram Placentiae defensione exploratum: proinde duceret bellum. paucis diebus quartam decumam legionem, magna ipsam fama, cum Moesicis copiis adfore:

5. *quoniam Galliae tumeant*] „weil es in Gallien gähre"; Plin. Pan. 28 *tumentibus plebis animis.*

7. *Hispanias*] In Hispania Tarraconensis standen die Legionen VI. Victrix und X. Gemina.

9. *nullo maris subsidio*] „ohne Zuzug von der See her", welche von Othos Flotte beherrscht wurde.

11. *iam*] „ferner".

12. *tracto*] in hypothetischem Sinne.

13. *fluxis corporibus*] „bei der Hinfälligkeit ihrer K."; Germ. 4 *minimeque sitim aestumque tolerare . . adsuerunt.*

14. *impetu valida*] „die einen kräftigen Anlauf genommen".

per taedia et moras] Tac. will sagen, dass durch Zaudern in der Kriegführung und Hinziehn der Entscheidung Verstimmung und Ueberdruss hervorgerufen werde und dass in Folge dessen mancher Krieg verschleppt worden sei und ein mattes Ende genommen habe.

17. *obscura*] „bedeutungslose". Seine eigene Meinung hat Tac. wohl H. I, 55 in den Worten ausgesprochen: *senatus populique Romani obliterata iam nomina.*

20. *aestus* im Plural „heisse Tage, h. Klima". Wir haben diesen Pluralis nicht, und sagen einfach „Hitze", während der Römer die einzelnen Erscheinungen (Hitzeinflüsse), das wiederholte Eintreten ganz heisser Tage durch den Plur. bezeichnen kann. Lucr. I, 294. Caes. b. g. VI, 30. Suet. Aug. 81.

obiacere flumen Padum] Wenn Suetonius Paulinus den Pofluss für ein Bollwerk der ganzen Stellung erklärt, so setzt er dabei natürlich stillschweigend den Rückzug hinter die Polinie voraus, was eben für den Fall der von ihm aufs wärmste befürworteten Methode des Zauderns und Hinhaltens als eine der ersten Massregeln eintreten musste.

22. *quartam decumam legionem*] sie war aus Dalmatien herbeigerufen. Ueber ihren Ruf s. zu c. 11.

23. *Moesicis copiis*] Diese Truppen, welche aus den Legionen III. Gallica, VII. Claudia, VIII. Au-

tum rursus deliberaturum et, si proelium placuisset, auctis viribus certaturos.

33 Accedebat sententiae Paulini Marius Celsus; idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapsu equi adflicto, missi qui consilium eius sciscitarentur rettulerant. Otho pronus ad decertandum; frater eius Titianus et praefectus praetorii Proculus, imperitia properantes, fortunam et deos et numen Othonis adesse consiliis, adfore conatibus testabantur; neu quis obviam ire sententiae auderet, in adulationem concesserant. postquam pugnari placitum, interesse pugnae imperatorem an seponi melius foret, dubitavere. Paulino et Celso iam non adversantibus, ne principem obiectare periculis viderentur, idem illi deterioris consilii auctores perpulere ut Brixellum concederet ac dubiis proeliorum exemptus summae rerum et imperii se ipsum reservaret. is primus dies Othonianas partes adflixit; namque et cum ipso praetoriarum cohortium et speculatorum equitumque valida manus discessit, et remanentium fractus animus, quando suspecti duces et tum Otho, cui uni apud militem fides, dum et ipse non nisi militibus credit, imperia ducum *in* incerto reliquerat.

34 Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis; et exploratores cura diversa sciscitandi sua non oc-

gusta bestanden, waren zur Zeit der zweiten Schlacht bei Bedriacum bereits bei Aquileia eingetroffen (c. 46).

33. 4. *Salvius Titianus* war von Otho mit dem Obercommando am Po betraut worden (c. 23).

Licinius Proculus, Othos vertrauter Freund (H. I, 46), führte mit Plotius Firmus das Commando über die Prätorianer.

5. *numen*] der Sache nachs. v. a. unser „Genius".

6. *neu*] Während die älteren Schriftsteller *neve* oder *neu* nur gebrauchen, um einen negativen Finalsatz mit einem positiven oder negativen Satze derselben Art zu coordinieren, lassen die Dichter des Augusteischen Zeitalters wie Ovid. (Met. I, 72. 151. II, 482. IV, 716) den in *neve* enthaltenen Copulativbegriff dem superordinierten Satze angehören. Diesem freieren Gebrauche folgt Tacitus.

8. *seponi*] „bei Seite gelassen werden".

9. *obiectare periculis*] wie Verg. Aen. II, 751.

11. *Brixellum*] j. Bresello diesseit des Po im Modenesischen.

summae rerum et imperii] „für die oberste und letzte Entscheidung in den Geschäften und in dem Heerbefehl, d. i. für die allgemeine Oberleitung der militärischen Anordnungen und Operationen. Ohne den näher bestimmenden und erläuternden Zusatz *imperii* könnte *summa rerum* entweder die schliessliche Entscheidung der Dinge (Caes. b. c. I, 21) oder (wie H. II, 81. III, 50. Caes. b. c. II, 30. III, 51) die gesammte Lage der Dinge bedeuten. Einen ähnlichen Gedanken spricht Mucian c. 77 aus: *tu tuto exercitus rege.*

12. *se ipsum*] „seine Person".

13. *adflixit*] s. zu c. 16, 1.

16. *in incerto*] Otho hatte die Stellung der verschiedenen Heerführer zu einander und die militärischen Befugnisse der einzelnen Corpsbefehlshaber unentschieden gelassen, so dass Competenzconflicte unausbleiblich waren.

34. 1. *ut*] s. zu H. I, 4, 10.

2. *cura diversa sciscitandi*] Ue-

cultabant. quieti intentique Caecina ac Valens, quando hostis inprudentia rueret, quod loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiebantur, inchoato ponte transitum Padi simulantes adversus obpositam gladiatorum manum, ac ne ipsorum miles segne otium tereret. naves pari inter se spatio, validis utrimque trabibus conexae, adversum in flumen dirigebantur, iactis super ancoris, quae firmitatem pontis continerent; sed ancorarum funes non extenti fluitabant, ut augescente flumine inoffensus ordo navium attolleretur. claudebat pontem inposita turris et in extremam navem educta, unde tormentis ac machinis hostes propulsarentur. Othoniani in ripa turrim struxerant saxaque et faces iaculabantur.

35 Et erat insula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando perlabebantur. ac forte plures transgressos completis Liburnicis per promptissimos gladiatorum Macer adgreditur: sed neque ea constantia gladiatoribus ad proelia quae militibus, nec perinde nutantes e navibus quam stabili gradu e ripa vulnera derigebant. et cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges propugnatoresque turbarentur, desilire in vada ultro Ger-

ber dem Bemühn die Vorgänge und Bewegungen auf feindlicher Seite zu erkunden, verriethen die Kundschafter im Verkehr mit Leuten der Gegenpartei unwillkürlich die eigene Lage und was bei ihnen vorgieng.

4. *ruere*] „blind zufahren".

6. *gladiatorum*] unter dem Befehle des Marcius Macer (c. 23, 10).

ne — tereret] mit dem Part. *simulantes* durch *ac* coordiniert, = ne segni otio tempus tereret.

8. *dirigebantur*] Der spitz zulaufende Vorderkiel der Schiffe erhielt die Richtung stromaufwärts, um die Strömung zu brechen.

super] adverbial im Sinne des Compositum *insuper*, wie A. III, 46.

9. *extenti*] „straff angezogen".

10. *inoffensus ordo navium attolleretur*, i. e. naves funibus non astrictis inoffenso ordine attollerentur.

12. *educta*] sc. e sinistra ripa „vorgeschoben". In der Bedeutung „hinausgebaut" steht es H. V, 18 *e mole, quam eductam in Rhenum rettulimus*.

35. 1. *insula*] unterhalb der Mündung der Adda in den Po gegenüber dem Dorfe Spinadesco.

moliri] als Intransitivum „sich in Bewegung setzen" mit dem Nebenbegriffe der mühsamen Anstrengung, welche erforderlich war, um vom Flecke zu kommen. Vgl. Cic. Verr. V, § 88 *evolarat iam e conspectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tum ceterae naves uno in loco moliebantur*. Die Germanen dagegen, jedenfalls nach c. 43 Bataver (s. z. c. 17, 10), schwammen mit Leichtigkeit hinüber (*nando perlabebantur*). Daher ist aus dem Zeugma *perlabebantur* zu *molientes* ein allgemeiner Begriff, wie *contendebant* oder *vehebantur*, zu entnehmen. Uebersetze: „mühsam hinruderten".

2. *plures*] „in Ueberzahl". Der hinübergeschwommenen Germanen waren mehr als der zu Schiffe hinrudernden Gladiatoren.

3. *Liburnicis*] s. zu c. 16, 7.

6. *vulnera derigebant* für *ictus d.* oder *tela d.* nach Vergils Vorgang (Aen. X, 140).

mixti] „unter einander gerathen".

7. *propugnatores* (griech. *ἐπιβάται*) bezeichnet hier die zu Lan-

mani, retentare puppes, scandere foros aut comminus mergere: quae cuncta in oculis utriusque exercitus quanto laetiora Vitellianis, tanto acrius Othoniani causam auctoremque cladis detestabantur.

36 Et proelium quidem, abruptis quae supererant navibus, fuga diremptum: Macer *ad* exitium poscebatur; iamque vulneratum eminus lancea strictis gladiis invaserant, cum intercursu tribunorum centurionumque protegitur. nec multo post Vestricius Spurinna iussu Othonis, relicto Placentiae modico praesidio, cum cohortibus subvenit. dein Flavium Sabinum consulem designatum Otho rectorem copiis misit, quibus Macer praefuerat, laeto et milite ad mutationem ducum, et ducibus ob crebras seditiones tam infestam militiam aspernantibus.

37 Invenio apud quosdam auctores, pavore belli seu fastidio utriusque principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies fama noscebantur, dubitasse exercitus num posito certamine vel ipsi in medium consultarent, vel senatui permitterent legere imperatorem, atque eo duces Othonianos spatium ac moras suasisse, praecipua spe Paulini, quod vetustissimus consularium et militia

dungstruppen bestimmten Gladiatoren.

ultro] Die Germanen begnügten sich nicht damit, vom Inselufer aus sich gegen die Angriffe der Schiffe zu vertheidigen. Vgl. zu I, 7, 8.

8. *scandere foros*] dem Sinne nach hier soviel als unser „den Schiffsbord erklimmen".

36. 1. *abruptis*] = vi et raptim e manibus puppes retentantium detractis; dagegen wäre *abreptis* = raptim abductis.

3. *lancea*] sc. militis auxiliaris. S. zu c. 29, 5.

4. *Spurinna*] der Commandant und Vertheidiger von Placentia.

6. *Flavius Sabinus*] s. zu I, 77, 9.

7. *rectorem copiis*] s. zu I, 22, 10.

laeto et milite ... et ducibus ... aspernantibus] *Laeto* ist als das für den Sinn bedeutsamste Wort des ersten Abl. abs. so vorangestellt, als ob es zu beiden Satzgliedern gehörte. So öfters bei Livius z. B. XLII, 27 *id aegre et in praesentia hi passi et in futurum etiam metum ceperunt.*

8. *ad mutationem d.*] *ad* = bei Gelegenheit, wie A. II, 2 *accepere barbari laetantes, ut ferme ad nova imperia.*

tam infestam] „von so bedrohlichem Charakter". *Infestus* wird von persönlicher feindlicher Bedrohung, sowohl aktivisch = in feindlicher Absicht gerichtet, als passivisch im Sinne von „gefährdet, bedroht" gebraucht.

37. 3. *num*] „ob nicht" nach *dubitare*, wie c. 83 *ambiguus consilii, num omissa Moesia Dyrrhachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet.*

4. *in medium*] s. zu c. 5, 10.

5. *spatium*] „eine Pause".

6. *vetustissimus consularium*] Paulinus hatte 3 Jahre zuvor das Consulat zum zweiten Male bekleidet (A. XVI, 14); sein erstes Consulat, welches wahrscheinlich noch vor das Jahr 52, in welchem Othos Bruder L. Salvius Otho Titianus Consul war (A. XII, 52), jedenfalls aber vor seine Statthalterschaft von Britannien zu verlegen ist, muss er wohl als Consul suffectus verwaltet haben. Vgl. Nipperdey zu A. XVI, 14.

clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruisset. ego ut concesserim apud paucos tacito voto quietem pro discordia, bonum et innocentem principem pro pessimis ac flagitiosissimis expetitum, ita neque Paulinum, qua prudentia fuit, sperasse corruptissimo saeculo tantam vulgi moderationem reor, ut qui pacem belli amore turbaverant, bellum pacis caritate deponerent; neque aut exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere, aut legatos ac duces, magna ex parte luxus egestatis scelerum sibi conscios, nisi pollutum obstrictumque meritis suis principem passuros.

Vetus ac iam pridem insita mortalibus potentiae cupido cum 38
imperii magnitudine adolevit erupitque; nam rebus modicis aequalitas facile habebatur. sed ubi subacto orbe et aemulis urbibus regibusve excissis securas opes concupiscere vacuum fuit, prima

7. *gloriam nomenque*] „einen ruhmvollen Namen".

Britannicis expeditionibus] A. XIV, 29—39.

meruisset] „sich verdient, erworben hätte". Ebenso c. 31. A. XV, 6 *ut — Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret;* Agr. 4 *iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritus;* G. 14 *vulnera mereri;* wie schon bei Cicero und Caesar *laudem mereri* „Lob ernten" und *odium mereri* „Hass ernten" vorkommt.

12. *deponere*] „aufgeben, verzichten".

13. *dissonos*] „so ungleichartig".

15. *obstrictum*] „verpflichtet, in Abhängigkeit gerathen". Zu dem Gedanken vgl. Ciceros Ausspruch über Caesars Abhängigkeit von seinen eigenen Parteigenossen ad fam. IV, 9, 3 *multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt.*

16. *passuros*] sc. fuisse.

38. 2. *res*] „Besitzstand", dann „Macht"; H. I, 21 *transitus rerum;* c. 29 *res sine discordia translatas;* III, 2 *impulsas Vitellii res audietis;* vgl. Verg. Aen. III, 1 *postquam res Asiae Priamique evertere gentem immeritam visum Superis;* III, 54 *res Agamemnonias victriciaque arma secutus.*

3. *facile habebatur*] „konnte leicht eingehalten, bewahrt werden". Sall. c. 37, 4 *egestas facile habetur sine damno.*

4. *excissis*] „vertilgt, vernichtet", wie auch A. III, 28 nach Halms, XII, 39 nach Halms und Nipperdeys Vorschlag, statt des handschriftlichen *excisis.* Vgl. Verg. Aen. IV, 425. IX, 137 *gentem excindere;* Sall. Hist. IV, fr. 20, 17 (ed. Kr.) *quin socios, amicos procul iuxta sitos, inopes potentisque trahant excindant;* Tac. A. II, 25. H. V, 16 *hostem excindere;* H. IV, 58 *urbes e.* III, 72 *Capitolium e.* A. XIV, 31 *coloniam e.* XVI, 21 *virtutem ipsam* (i. e. Paetum Thraseam) *excindere;* H. III, 32 *ad excidium Cremonensium;* V, 25 *excidium gentis;* Agr. 31 *in excidium petimur.* Ueberall wo die handschriftliche Participialform *excisus* auf den Präsensstamm *scind* unzweifelhaft zurückzuführen ist, wird man trotz der Handschrift *excissus* (*exscissus*) herzustellen haben; so noch A. XIV, 23 *Tigranocertis excissis;* H. III, 31 *Cremona excissa;* G. 33 *pulsis Bructeris ac penitus excissis.*

vacuum fuit] „man freie Hand, freien Spielraum hatte". Sall. Hist. I fr. 12 (ed. Kr.) *postquam remoto metu Punico simultates exercere vacuum fuit, plurumae turbae, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentes, quorum in gratiam ple-*

inter patres plebemque certamina exarsere. modo turbulenti tribuni, modo consules praevalidi, et in urbe ac foro temptamenta civilium bellorum; mox e plebe infima C. Marius et nobilium saevissimus L. Sulla victam armis libertatem in dominationem verterunt. post quos Cn. Pompeius occultior, non melior: et numquam postea nisi de principatu quaesitum. non discessere ab armis in Pharsalia ac Philippis civium legiones, nedum Othonis ac Vitellii exercitus sponte posituri bellum fuerint: eadem illos deum ira, eadem hominum rabies, eaedem scelerum causae in discordiam egere. quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignavia principum factum est. sed me veterum novorumque morum reputatio longius tulit: nunc ad rerum ordinem revertar.

39 Profecto Brixellum Othone honor imperii penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum praefectum; Celsus et Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine ducum alienae culpae praetendebantur; tribuni centurionesque ambigui, quod spretis melioribus deterrimi valebant; miles alacer, qui tamen iussa ducum interpretari quam exsequi mallet. promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit, adeo imperite, ut quamquam verno tempore anni et tot circum amnibus penuria aquae fatigarentur. ibi de proelio dubitatum, Othone per literas flagitante ut maturarent, militibus ut imperator pugnae adesset poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. nec perinde diiu-

rique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant.

5. *turbulenti tribuni*] Tiberius und Gaius Sempronius Gracchus, L. Appuleius Saturninus nach der Ansicht des Tac., der A. III, 27 die ersteren mit dem letzteren zusammenwirft.

6. *temptamenta*] „ein Vorspiel".

8. *dominatio*] τυραννίς, Despotie.

10. *quaesitum*] i.e. certatum. A. II, 74 *inter Vibium Marsum et Cn. Sentium diu quaesitum; dein Marsus seniori et acrius tendenti Sentio concessit.*

11. *nedum — posituri fuerint*] Im unabhängigen Satzverhältniss würde es heissen: *posuissent;* vgl. zu H. I, 26, 4.

14. *singulis ictibus*] „jedesmal mit einem Schlage".

ignavia] „Mangel an Thatkraft, Untüchtigkeit", wie c. 60. 94.

16. *rerum ordo*] „Faden der Erzählung", eigtl. „Reihenfolge der Ereignisse".

39. 1. *Brixellum*] s. c. 33, 11.

2. *vis ac potestas*] „die wirkliche Gewalt", wie III, 11.

Proculus] s. H. I, 46.

4. *alienae culpae praetendebantur*] „mussten zum Deckmantel fremder Schuld dienen", nämlich wenn ein im Kriegsrathe beschlossener Plan fehlschlug. Vgl. H. III, 4 *ut consulare nomen surgentibus cum maxime partibus honesta specie praetenderetur;* H. II, 85 *ob simultates, quibus causam partium praetendebat.*

6. *ad quartum a Bedriaco*] nach Cremona zu. S. zu c. 23, 7. 45, 1.

11. *trans Padum*] auf dem rechten Ufer bei Brixellum, wohin Otho in unheilvoller Verblendung sein Hauptquartier verlegt hatte (c. 33). Ebendaselbst standen die Gladiatoren unter Flavius Sabinus (c. 36. 51).

agere, von Truppen gesagt, ent-

dicari potest quid optimum factu fuerit, quam pessimum fuisse quod factum est.

40 Non ut ad pugnam sed ad bellandum profecti confluentes Padi et Adduae fluminum, sedecim inde milium spatio distantes, petebant. Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti non omissuro, quo minus expeditus et vix quattuor milia passuum progressus aut incompositos in agmine aut dispersos et vallum molientes adgrederetur, Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant. aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat, aeger mora et spei inpatiens.

41 Eodem die ad Caecinam operi pontis intentum duo praetoriarum cohortium tribuni, conloquium eius postulantes, venerant: audire condiciones ac reddere parabat, cum praecipites exploratores adesse hostem nuntiavere. interruptus tribunorum sermo, eoque incertum fuit, insidias an proditionem vel aliquod honestum consilium coeptaverint. Caecina dimissis tribunis revectus in castra

spricht unserem „stehen"; H. I, 74. II, 63. Agr. 18.

40. 1. *ad bellandum*] „zu einem Feldzuge". Daher heisst es c. 41 *mixta vehicula et lixae.* Derselbe Gegensatz A. II, 88 (Arminius) *proeliis ambiguus, bello non victus;* G. 30 *alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum.* Von den Vitellianern dagegen heisst es c. 45 *expeditis et tantum ad proelium egressis.*

confluentes Padi et Adduae] Die Mündung der Adda (Bocca d'Adda) ist zwei Stunden Weges westlich von Cremona entfernt.

2. *petebant*] Das Impf. steht, weil sie in Wirklichkeit so weit gar nicht kamen.

4. *hosti non omissuro*] „dem Feinde, der es sich nicht entgehn lassen würde".

vix quattuor milia passuum progressus] Die Stelle ist wohl so zu verstehn, dass an demselben Tage oder Tags zuvor die Vitellianer nicht volle 4 r. M. von Cremona (c. 23, 5) auf der Strasse nach Bedriacum vorgerückt waren.

7. *ad ius imperii*] zum Recht, das ihnen das in ihre Hände gelegte Obercommando einräumte.

8. *Numida*] Dergleichen Privatcourriere hielten die römischen Grossen in ihren Diensten; Sen. Epp. 87, 8. 123, 6. Mart. X, 13, 1.

cum atrocibus mandatis] „mit den allerstrengsten, in drohendem Tone abgefassten Weisungen". So wird Cic. de orat. II, § 200 eine heftige und wüthende Sprache, *genus orationis vehemens et atrox,* dem *genus lenitatis et mansuetudinis* entgegengesetzt.

9. *aeger*] „verstimmt, ärgerlich".

41. 1. *pontis*] unterhalb der Addamündung (c. 34, 5. 35, 1).

3. *audire condiciones ac reddere*] Verg. Aen. I, 409 *veras audire et reddere voces.*

5. *insidias an proditionem vel aliquod honestum consilium coeptaverint*] Da ein Mordanschlag, oder Verrath gegen Otho wesentlich zu einer Kategorie gehören und beides zusammen einem ehrenhaften Plane entgegengesetzt ist, so dürfte wohl der Abschreiber die Stellung der beiden Conjunctionen verwechselt haben u. vielmehr *insidias vel proditionem an aliquod h. c. c.* zu lesen sein.

6. *in castra*] knappe 4 römische

datum iussu Fabii Valentis pugnae signum et militem in armis invenit. dum legiones de ordine agminis sortiuntur, equites prorupere; et mirum dictu, a paucioribus Othonianis quo minus in vallum inpingerentur, Italicae legionis virtute deterriti sunt: ea strictis mucronibus redire pulsos et pugnam resumere coegit. disposita Vitellianarum legionum acies sine trepidatione: etenim quamquam vicino hoste adspectus armorum densis arbustis prohibebatur. apud Othonianos pavidi duces, miles ducibus infensus, mixta vehicula et lixae, et praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta. circumsistere alii signa sua, quaerere alii; incertus undique clamor adcurrentium, conclamantium: ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur.

42 Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit, repertis qui descivisse a Vitellio exercitum ementirentur. is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus, an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit, parum compertum. omisso pugnae ardore Othoniani ultro salutavere; et hostili murmure excepti, plerisque suorum ignaris quae causa salutandi, metum proditionis

Meilen ostwärts von Cremona nach Bedriacum zu. S. zu c. 40, 4.

8. *agminis*] „des Aufmarsches“ zur Bildung der Schlachtlinie (*acies*).

equites] sc. Vitelliani.

10. *inpingerentur*] Verg. Aen. V, 804 fg. *cum Troia Achilles Exanimata sequens inpingeret agmina muris.* Vgl. aus Schillers Wallensteins Tod „Gekeilt in drangvoll fürchterliche Enge“. Zur Sache gehört die Aeusserung des Antonius Primus H. III, 2 *equites vero ne tum quidem victos, sed quamquam rebus adversis disiectam Vitellii aciem. duae tunc Pannonicae ac Moesicae alae perrupere hostem.*

Italicae legionis] Die legio I. Italica, welche eigentlich zu Lugdunum in Garnison stand, hatte sich dem Heereszuge des Fabius Valens angeschlossen (H. I, 59. 64. 74).

12. *trepidatio*] „unruhige Hast“.

13. *arbusta*] sind Baumpflanzungen, zwischen welche Rebstöcke hineingepflanzt sind, deren Weinranken von Baum zu Baum sich hinschlingend die Aussicht benehmen. S. zu c. 25, 8.

15. *via*] sc. Postumia; s. z. c. 24, 13.

16. *incertus clamor*] „wirres Geschrei“.

18. *relabebantur*] „schlichen sich rückwärts“. Das Bild ist dem langsamen Zurücktreten von Gewässern entlehnt. Verg. Aen. X, 307 *retrahitque pedem simul unda relabens;* Tac. A. I, 76 *relabentem* (Tiberim); II, 24 *relabente aestu.* Ueber die verschränkte Wortstellung s. zu H, I, 6, 2.

42. 1. *in languorem vertit*] „bewirkte dass — in ihrem Eifer nachliessen“.

3. *dispersus*] sc. sit. Vgl. zu I, 21, 9.

5. *ultro*] s. zu I, 7, 8. Die Othonianer stellten nicht bloss den Kampf ein, sondern begrüssten noch überdies ihre Gegner.

plerisque] Dativ.

6. *proditionis*] Da der grossen Mehrzahl der Othonianer das Gerücht, welches die friedliche Begrüssung Seitens ihrer Kameraden veranlasst hatte, noch nicht zu Ohren gekommen war, so fassten sie den Zuruf *havete* als ein Zeichen des Abfalls und Verraths auf.

fecere. tum incubuit hostium acies, integris ordinibus, robore et numero praestantior: Othoniani, quamquam dispersi pauciores fessi, proelium tamen acriter sumpsere. et per locos arboribus ac vineis inpeditos non una pugnae facies: comminus eminus, catervis et cuneis concurrebant. in aggere viae conlato gradu corporibus et umbonibus niti, omisso pilorum iactu gladiis et securibus galeas loricasque perrumpere: noscentes inter se, ceteris conspicui, in eventum totius belli certabant.

Forte inter Padum viamque patenti campo duae legiones con- 43
gressae sunt, pro Vitellio unaetvicensima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria insignis, e parte Othonis prima Adiutrix, non ante in aciem deducta, sed ferox et novi decoris avida. primani stratis unaetvicensimanorum principiis aquilam abstulere; quo dolore accensa legio et inpulit rursus primanos, interfecto Orfidio Benigno legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. a parte alia

7. *incubuit*] i. e. vi et impetu se intulit. Vgl. Hor. Od. I, 3, 30 *nova febrium Terris incubuit cohors;* Verg. Aen. IX, 73 *tum vero incumbunt — urguet praesentia Teucri —;* Tac. A. IV, 24 *posse reliquos circumveniri, si cuncti, quibus libertas servitio potior, incubuissent;* IV, 73.

9. *locos inpeditos*] ein Terrain, das keine freie Bewegung gestattete; vgl. 25 *vineas nexu traducum inpeditas.* Caes. b. g. VI, 8, 3. 34, 2.

10. *comminus eminus*] Zwei Begriffe, die sich gegenseitig ergänzen und zusammengenommen einen höheren Begriff bilden, meistens Substantiva, Adjectiva oder Adverbia, werden häufig und mit Vorliebe asyndetisch neben einander gestellt. So schon bei Cicero ad fam. VIII, 1, 4 *palam secreto narrantur;* XII, 25, 3 *ventis remis in patriam omni festinatione properavi;* ad Att. I, 16, 1 *quomodo sum insectatus levitatem senum, libidinem iuvenum.* Oft wird der Begriff, unter dem die beiden Glieder zusammengefasst werden sollen, dabei gesetzt, wie Cic. ad Q. fr. III, 1, 10 *omnia, minima maxima, ad Caesarem mitti sciebam;* Liv. IX, 3 *armati inermes, fortes ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus.*

catervis et cuneis] ein Abl. der Art und Weise („in einzelnen Trupps und in dichten Colonnen") statt des gewöhnlicheren *per.* Ebenso III, 29. V, 16. A. IV, 51.

11. *in aggere viae*] sc. Postumiae (c. 24, 13).

conlato gradu] „Mann gegen Mann", wie A. II, 20 *conlato illic gradu certatum;* Liv. VI, 12 *conlato pede;* VI, 13. XXVIII, 2.

13. *inter se*] „einander". Cic. ad Att. VI, 1, 12 *Cicerones pueri amant inter se.* Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 89, 1.

14. *in eventum*] „um die Entscheidung".

43. 1. *patenti*] beim Abl. abs. stände *patente.*

2. *Rapax*, Ἅρπαξ bei Plut. Oth. 12, die gleich wie ein Wildbach alles mit sich fortreisst, „die Unwiderstehliche".

3. *prima Adiutrix*] s. zu I, 6, 9.

4. *ferox*] wie I, 68, 1.

5. *principiis*] i. e. primis ordinibus. Vgl. Plut. Oth. 12 τὸν ἀετὸν ἀφείλοντο, πάντας ὁμοῦ τι τοὺς προμάχους ἀποκτείναντες.

quo dolore] i. e. cuius rei dolore, wie H. III, 17 *quo pudore.*

7. *vexilla*] equitum. Vgl. H. III, 17 *mox raptum vexillum in hostem vertit: quo pudore haud plures quam centum equites restitere.*

a parte alia] auf dem linken Flügel der Othonianer.

propulsa quintanorum impetu tertia decuma legio; circumventi plurium adcursu quartadecumani. et ducibus Othonis iam pridem profugis Caecina ac Valens subsidiis suos firmabant. accessit recens auxilium, Varus Alfenus cum Batavis, fusa gladiatorum manu, quam navibus transvectam obpositae cohortes in ipso flumine trucidaverant: ita victores latus hostium invecti.

44 Et media acie perrupta fugere passim Othoniani, Bedriacum petentes. immensum id spatium, obstructae strage corporum viae, quo plus caedis fuit; neque enim civilibus bellis capti in praedam vertuntur. Suetonius Paulinus et Licinius Proculus diversis itineribus castra vitavere. Vedium Aquilam tertiae decumae legionis legatum irae militum inconsultus pavor obtulit. multo adhuc die vallum ingressus clamore seditiosorum et fugacium circumstrepitur; non probris, non manibus abstinent; desertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine eius, sed more vulgi suum quisque flagitium aliis obiectantes. Titianum et Celsum nox iuvit, dispositis iam excubiis conpressisque militibus, quos Annius Gallus

8. *circumventi*] s. zu c. 15, 7.

9. *plurium*] wie c. 35, 2.

quartadecumani] d. h. bloss das bei Othos Heere befindliche Detachement (*vexillum*). Vgl. c. 66 *praecipua quartadecumanorum ferocia, qui se victos abnuebant: quippe Bedriacensi acie vexillariis tantum pulsis vires legionis non adfuisse.*

11. *Varus Alfenus*] praefectus castrorum exercitus inferioris Germaniae (c. 29).

fusa gladiatorum manu] s. c. 35.

13. *latus*] die linke Flanke.

44. 1. *passim*] „auf allen Punkten“.

2. *immensum id spatium*] Da die Entfernung Bedriacums von Cremona 20—22 röm. Meilen betrug (20 Meilen nach dem mit Tacitus gleichzeitigen Schriftsteller Pompejus Planta zufolge der Angabe des Scholiasten zu Iuv. II, 99, 22 M. nach der Peutingerschen Tafel) und das Lager der Othonianer 4 röm. M. diesseit Bedriacums stand (c. 39, 6), so war, vorausgesetzt dass das Vitellianische Lager 4 röm. M. von Cremona nach Bedriacum vorgerückt war (c. 40, 4) und dass gegen Ende der Schlacht die Kämpfenden 2 röm. M. davon entfernt waren, der Weg, den die Flüchtlinge vom Schlachtfelde bis zum Lager zurückzulegen hatten, etwa 10—12 röm. M. (4—5 Wegestunden) lang.

3. *in praedam* ist von dem Erlös zu verstehn, der sonst aus dem Verkaufe der kriegsgefangenen Barbaren erzielt wurde.

6. *inconsultus pavor*] Schrecken und Angst hatten ihn besonnener Ueberlegung unfähig gemacht. Sonst wäre er 4 röm. M. weiter nach Bedriacum geflohen.

multo adhuc die] „noch am hellen Tage“, wie V, 22 *multa luce* „bei hellem lichten Tage“; III, 77 *multa nocte*; c. 79 *multo iam noctis*; A. II, 65 *in multam noctem.*

8. *manibus*] „Thätlichkeiten“, wie A. XVI, 26 *manus ictusque per immanitatem ausuri.*

9. *nullo proprio crimine eius*] „ohne dass ihn persönlich ein Vorwurf getroffen hätte“.

10. *iuvit*] „kam zu Statten“, wie III, 17.

11. *Annius Gallus* war seit seinem Sturz mit dem Pferde (c. 33) kampfunfähig im Lager zurückgeblieben.

consilio precibus auctoritate flexerat, ne super cladem adversae pugnae suismet ipsi caedibus saevirent: sive finis bello venisset seu resumere arma mallent, unicum victis in consensu levamentum. ceteris fractus animus: praetorianus miles non virtute se, sed proditione victum fremebat: ne Vitellianis quidem incruentam fuisse victoriam, pulso equite, rapta legionis aquila; superesse cum ipso Othone militum quod trans Padum fuerit, venire Moesicas legiones, magnam exercitus partem Bedriaci remansisse: hos certe nondum victos et, si ita ferret, honestius in acie perituros. his cogitationibus truces aut pavidi extrema desperatione ad iram saepius quam in formidinem stimulabantur.

45 At Vitellianus exercitus ad quintum a Bedriaco lapidem consedit, non ausis ducibus eadem die obpugnationem castrorum; simul voluntaria deditio sperabatur: sed expeditis et tantum ad proelium egressis munimentum fuere arma et victoria. postera die, haud ambigua Othoniani exercitus voluntate et qui ferociores fuerant ad paenitentiam inclinantibus, missa legatio; nec apud duces Vitellianos dubitatum quo minus pacem concederent. legati paulisper retenti: ea res haesitationem attulit ignaris adhuc an impetrassent. mox remissa legatione patuit vallum. tum victi victoresque in lacrimas effusi, sortem civilium armorum misera laetitia

12. *consilio*] „durch Vorstellungen".

13. *suismet ipsi caedibus*] „mit Blutvergiessen unter den eigenen Leuten".

16. *ne — quidem*] „auch nicht". S. zu c. 15, 6.

17. *pulso equite*] s. c. 41.

legionis] XXI. (c. 43, 5).

18. *militum quod fuerit*] Vgl. c. 55 *quod erat in urbe militum;* A. XIV, 32. G. 15.

trans Padum] Brixelli (c. 33, 13).

Moesicas legiones] s. zu c. 32 a. E.

20. *si ita ferret*] mit unbestimmtem Subjekte, „wenn es so kommen sollte, sein müsste". A. III, 15 *sociam se cuiuscumque fortunae et, si ita ferret, comitem exitii promittebat.*

21. *truces*] „ingrimmig" bei dem Gedanken an Revanche; *pavidi*, „in banger Stimmung" bei der Vorstellung eines ehrenvollen Todes.

45. 1. *ad quintum a Bedriaco lapidem*] Die Vitellianer machten also 1 röm. Meile vom feindlichen Lager Halt, nach c. 39 *promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit.*

3. *expeditis*] Da sie kein Schanzgeräth bei sich hatten, so konnten sie keine Lagerschanzen aufwerfen.

5. *qui ferociores fuerant*] „deren Gebahren ein heftigeres, unbändigeres gewesen war"; c. 66 *praecipua quartadecumanorum ferocia;* H. III, 31 *posita omni ferocia cuncta victi patiebantur.*

7. *quominus* gebraucht Tac. mitunter in der Bedeutung von *quin;* ähnlich wie hier, nach *non ultra deliberare* A. VI, 1; nach *nihil reliqui facere* A. I, 21; nach *nihil quietum pati* Agr. 20.

9. *patuit vallum*] sc. castrorum Othonianorum.

10. *in lacrimas effusi*] s. zu I, 69, 8.

misera laetitia] „in wehmüthiger Freudigkeit", ein Oxymoron statt *laetitia cum tristitia permixta.* Die Freude galt der Beendigung des Bürgerkriegs, die

detestantes; isdem tentoriis alii fratrum, alii propinquorum vulnera fovebant: spes et praemia in ambiguo, certa funera et luctus, nec quisquam adeo mali expers, ut non aliquam mortem maereret. requisitum Orfidii legati corpus honore solito crematur; paucos necessarii ipsorum sepelivere, ceterum vulgus super humum relictum.

46 Opperiebatur Otho nuntium pugnae nequaquam trepidus et consilii certus. maesta primum fama, dein profugi e proelio perditas res patefaciunt. non expectavit militum ardor vocem imperatoris; bonum haberet animum iubebant: superesse adhuc novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque. neque erat adulatio: ire in aciem, excitare partium fortunam furore quodam et instinctu flagrabant. qui procul adstiterant, tendere manus, et proximi prensare genua, promptissimo Plotio Firmo. is praetorii praefectus identidem orabat ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret: maiore animo tolerari adversa quam relinqui; fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei, timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. quas inter voces ut flexerat vultum aut induraverat Otho, clamor et gemitus. nec praetoriani tantum, proprius Othonis miles, sed praemissi e Moesia eandem obstinationem adventantis exercitus, legiones Aquileiam ingressas nuntiabant, ut nemo dubitet potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus.

Traurigkeit dem brudermörderischen Kampfe.

12. *in ambiguo*] Gräcismus, wie *in incerto* H. I, 37. A. III, 56; *in aperto* (= promptum) H. III, 56. IV, 4. Agr. 1. 33; *in integro* H. III, 2 *in arto* H. III, 13. A. IV, 32. Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 21, 2 b. Krüger Gr. Spr. § 43, 4 A. 5.

14. *Orfidii legati*] legionis I. Adiutricis (c. 43).

46. 1. *opperiebatur Otho*] Brixelli (c. 33. 39).

2. *consilii certus*] Nach Livius Vorgang, der *incertus* mit dem Gen. verbindet, gebraucht Tac. neben *incertus* (H. III, 55) auch *certus* in der Bedeutung „sicher über, fest in etwas" mit Gen. A. I, 27. XII, 32. 66. Dial. 13. Verschieden davon ist *certus* mit dem Gen. Gerund. oder dem Infin.; s. zu H. IV, 14.

4. *iubere* mit dem Conjunctiv, wie A. XIII, 15 *Britannico iussit, exsurgeret* etc. An andern Stellen geht ein Acc. c. Inf. vorher und folgt der Conj. erst im zweiten Nebensatze. H. IV, 34. 52.

6. *excitare p. f.*] sc. adflictam.

furore quodam et instinctu] „in einem Anfall von Taumel und Begeisterung". Vgl. unser „in Sturm u. Drang"; s. zu I, 57, 13.

8. *praetorii praefectus*] s. I, 46.

10. *tolerari adversa* etc.] Vgl. Mart. XI, 56, 15 *Rebus in angustis facile est contemnere vitam; Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*

11. *insistere spei*] „an der Hoffnung festhalten".

13. *flectere vultum aut indurare*] „dem Gesichte einen nachgiebigen oder unbeugsamen Ausdruck geben".

15. *legiones Aquileiam ingressas*] III. Gallica, VII Claudiana, VIII. Augusta. Aquileia (j. Aquileja oder Aglar im Venetianischen) war eine lat. Colonie.

47 Ipse aversus a consiliis belli 'hunc' inquit 'animum, hanc virtutem vestram ultra periculis obicere nimis grande vitae meae pretium puto. quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. experti in vicem sumus ego ac fortuna. nec tempus conputaveritis: difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. civile bellum a Vitellio coepit, et ut de principatu certaremus armis, initium illic fuit: ne plus quam semel certemus, penes me exemplum erit; hinc Othonem posteritas aestimet. fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis: mihi non ultione neque solaciis opus est. alii diutius imperium tenuerint: nemo tam fortiter reliquerit. an ego tantum Romanae pubis, tot egregios exercitus sterni rursus et rei publicae eripi patiar? eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis, sed este superstites. nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. plura de extremis loqui pars ignaviae est. praecipuum destinationis meae documentum habete quod de nemine queror; nam incusare deos vel homines eius est qui vivere velit.'

47. 1. *aversus*] „wandte den Rücken".

4. *experti in vicem sumus ego ac fortuna*] Otho will damit sagen, er habe die Launen des Glückes in seiner Erhebung auf den Cäsarenthron und in dem jähen Sturze durch die Niederlage bei Bedriacum erfahren, der Glückswechsel habe ihn sich gleichbleibend und in seinem Wesen unverändert gefunden, massvoll im Sonnenscheine des Glückes und resigniert beim Untergange seines Glücksterns.

nec tempus conputaveritis] Otho meint, sie sollten die Kürze der Zeit dabei nicht in Rechnung bringen und etwa glauben, dass das Glück ihm nicht lange genug hold gewesen sei, um seines Geistes Art und Wesen erkennen zu lassen.

5. *temperare*] „mit Mass gebrauchen, nicht missbrauchen". H. III, 31 *qui nuper Bedriacensi victoriae temperassent.* Zum Gedanken vgl. Stat. Theb. II, 446 *non parcit populis regnum breve.*

6. *non putes*] Die Verba des Meinens ziehn in der Regel die Negation aus dem Infinitivsatze an sich. Cic. ad fam. II, 4, 1 *civem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit;* Nep. Paus. 3, 7 *non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere iudicari.*

a Vitellio coepit] „gieng von V. aus". A. XV, 54 *proditio coepit e domo Scaevini.*

7. *illic* = in illa parte, apud illos. H. V, 4 *profana illic omnia, quae apud nos sacra.* A. I, 70 *quippe illic etiam honestae mortis usus, hic inglorium exitium.*

8. *penes me exemplum erit*] d. i. mit dieser löblichen That will ich vorangehn, worauf Otho fortfährt *hinc* etc. „von hier aus", d. i. nach diesem Opfer.

10. *solacia*] „Trostmittel, Ersatz". Ein rachsüchtiges Herz fände Trost und Ersatz darin, die Familie des siegreichen Gegners zu verderben. Zur Sache vgl. H. I, 75. 88.

alii — tenuerint] O. sagt: den Ruhm länger regiert zu haben, bestreite ich andern nicht; für mich spreche ich nur den an, dass niemand einer Herrschaft mit solchem Muthe entsagt hat.

13. *animus*] „der Gedanke, die Vorstellung".

14. *incolumitatem vestram*] „die Sicherstellung eures Lebens".

